AUCTARIUM

CHARTULARII

UNIVERSITATIS PARISIENSIS

SUB AUSPICIIS EJUSDEM STUDII GENERALIS

AB HENRICO DENIFLE ET AEMILIO CHATELAIN INCEPTUM
SUB AUCTORITATE
CAROLI SAMARAN
SODALIS INSTITUTI GALLICI

PRODUXERUNT

ASTRICUS L. GABRIEL

CANONICUS ECCLESIAE SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS
DE PROMONTORIO VARADIENSI
PRAESES INSTITUTI MEDIAE AETATIS
IN UNIVERSITATE NOSTRAE DOMINAE A LACU

GRAY C. BOYCE

SOCIUS ACAD. MED. AET.
PRAESES FACULTATIS HISTORIAE
IN UNIVERSITATE NORTHWESTERNENSI

TOMUS VI

LIBER RECEPTORUM NATIONIS ALEMANNIAE

AB ANNO MCCCCXXV AD ANNUM MCCCCXCIV

TOMUS UNICUS

Ouvrage publié avec le concours du
Centre National de la Recherche Scientifique

PARISIIS
APUD MARCELLUM DIDIER
4 ET 6, VIA A SORBONE DICTA

ANNO M CM LXIV

AUCTARIUM CHARTULARII

UNIVERSITATIS PARISIENSIS

UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE
13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv. :
SIGB bibl. :
SIGB ex. :
B
SU ppn : 378.440 902
SU epn : CHAR
Cote : 10

1156944704

20

AUCTARIUM

CHARTULARII

UNIVERSITATIS PARISIENSIS

SUB AUSPICIIS EJUSDEM STUDII GENERALIS

AB HENRICO DENIFLE ET AEMILIO CHATELAIN INCEPTUM

SUB AUCTORITATE

CAROLI SAMARAN

SODALIS INSTITUTI GALLICI

PRODUXERUNT

ASTRICUS L. GABRIEL

CANONICUS ECCLESIAE SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS
DE PROMONTORIO VARADIENSI,
PRAESES INSTITUTI MEDIAE AETATIS
IN UNIVERSITATE NOSTRAE DOMINAE A LACU

GRAY C. BOYCE

SOCIUS ACAD. MED. AET.
PRAESES FACULTATIS HISTORIAE
IN UNIVERSITATE NORTHWESTERNENSI

TOMUS VI

PARISIIS
APUD MARCELLUM DIDIER
4 ET 6, VIA A SORBONE DICTA

ANNO M CM LXIV

Hs. Rés. 378.4 (44) 4°
U 29 in-fol. USR 656

LIBER
RECEPTORUM
NATIONIS ANGLICANAE (ALEMANNIAE)
IN
UNIVERSITATE PARISIENSI

EDIDERUNT

ASTRICUS L. GABRIEL

CANONICUS ECCLESIAE SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS
DE PROMONTORIO VARADIENSI,
PRAESES INSTITUTI MEDIAE AETATIS
IN UNIVERSITATE NOSTRAE DOMINAE A LACU

GRAY C. BOYCE

SOCIUS ACAD. MED. AET.
PRAESES FACULTATIS HISTORIAE
IN UNIVERSITATE NORTHWESTERNENSI

TOMUS UNICUS

LIBER RECEPTORUM NATIONIS ALEMANNIAE

AB ANNO MCCCCXXV AD ANNUM MCCCCXCIV

BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

Hs. Rés. 13 in-4°

PARISIIS
APUD MARCELLUM DIDIER
4 ET 6, VIA A SORBONE DICTA

ANNO MCMLXIV

D 124 504

HUJUS OPERIS V EXEMPLA
NON VENALIA IN CHARTA DE
MADAGASCAR EXARATA SUNT

INCLITO ET CLARISSIMO VIRO

CAROLO SAMARAN

SODALI INSTITUTI GALLICI
DOCTISSIMO ET DILECTISSIMO MAGISTRO
ADJUTORIO CUJUS SAGACI ET IMPULSU SEDULO

HOC

CHARTULARII UNIVERSITATIS PARISIENSIS

NOVI EDITORES
PRODUCERE POTUERUNT
MERITO EJUSDEM CLARISSIMI MAGISTRI MEMORES
VOLUMEN NOVUM
DEVOTISSIME DEDICANT

PRAEFATIO

Liber receptorum (Paris., Arch. Nat. H. 2587-2588) unicum monumentum mediaevale Nationis Anglicanae-Alemanniae Facultatis Artium Universitatis Parisiensis (pro annis 1425-1494) nondum publici juris restabat postquam H. Denifle et Ae. Chatelain *Librum procuratorum* ejusdem nationis anno 1894 exarandum curaverunt : *Auctarium Chartularii Universitatis Parisiensis*, I : *1338-1406*, II : *1406-1466*; cujus operis tomum III (pro annis 1466-1492) ediderunt C. Samaran et Ae. Van Moe.

Nunc tandem *Liber receptorum* typis mandatus est ope cooperationis Gallicanae-Americanae et collaborationis Universitatum Nostrae Dominae a Lacu et Northwesternensis, et quidem apud Institutum pro Studiis Medii Aevi Nostrae Dominae eo quod ibi adest permagna collectio librorum et manuscriptorum, microfilmis et photostatis reproductorum, ad historiam universitatum medii aevi pertinentium.

Opere jam feliciter expleto, *Libri receptorum* editoribus placet gratias agere imprimis Societati Philosophicae Americanae, vulgo *American Philosophical Society* appellato, quae duce, Henrico Allen Moe, praeside, et D. Georgio W. Corner, secretario, sola inter fundationes philanthropicas, adjutorium pecuniarium Astrico L. Gabriel tribuit, qua subventione ei datum est archiva et bibliothecas Europeae explorare ut omnes personas quorum nomina *Libro receptorum* continentur accuratius delinearet et Introductionem praepararet;

Viro clarissimo Professori Carolo Samaran, Instituti Gallici sodali et directori honorario Archivorum Franciae, qui nobis jugi cura et consilio uberrimo semper in promptu erat;

RR. Dr. Theodoro M. Hesburgh, C.S.C., Universitatis Nostrae Dominae praesidi, et Dr. J. Roscoe Miller, M.D., Universitatis Northwesternensis praesidi, eorumque adjutoribus academicis, RR. PP. Chester A. Soleta, C.S.C., et Paulo E. Beichner, C.S.C., atque Dr. Moody E. Prior et Dr. Roberto H. Baker, decanis pro alumnis superioribus Universitatis Northwesternensis, ob munificentiam eorum precibus a coetu « Committee for Research Funds » vulgo nuncupato impetratam;

Professoribus Michaeli François, secretario generali Congressus Internationalis Studiorum Historicorum, et Carolo Edmundo Perrin, Instituti Gallici sodali, propter perenne eorum studium, atque Centro Nationali Investigationis Scientificae et Universitati Parisiensi ejusque rectori magnifico adjutorium pecuniarium praestantibus;

Germano Calmette, Archivorum Sorbonicorum conservatori, Bernardo Mahieu et Yvonne Lanhers, in Archivis Nationalibus conservatoribus, dominabus Laurain-Portemer et M. L. Concasty, in Bibliotheca Nationali conservatoribus, Margaretae Boulet-Sautel, professori, domicellis Joanni Vielliard, directrici, et Elisabeth Pellegrin, sodali Instituti pro Investigatione et Historia Textuum, atque Petro Andrieu-Guitrancourt, Facultatis Iuris Canonici in Universitate Catholica Parisiensi decano et Universitatis Internationalis Luxemburgensis quondam rectori ob eorum consilia libenter impensa;

Stephaniae O. T. Gehring, Armonkensi, olim alumnae Universitatis Monacensis, et Francisco B. Parise, Brooklynensi, in Statu Neo Eboraci, Gertrudi et Wallace Bedolfe, Torontinensibus in Canada, et Merle B. Boyce, Alamedensi in Statu Californiae ob eorum curam indesinentem;

R. P. Dr. Josepho N. Garvin, C.S.C., scholari optimo, qui textum et probationes perlegit et plurima in linguam latinam transtulit;

Inter collaboratores, Dr. Carolo Skapars, palaeographico eximio, atque, in Universitate Nostrae Dominae degentibus, Roberto Eschbacher, Lydia Murphy, et Ursulae Bruschweiler, adjutoribus, et Ladislao Domonkos et Roberto Schneider, alumnis, qui adnotationibus verificandis et Indice condendo magno erant auxilio.

Editoribus nostris Marcello et Henrico Didier eorumque secretario generali Petro Dumeril, qui nostri libri maximam curam habuerunt, gratias amicaliter agimus.

Textum *Libri receptorum* constituentes modo fere diplomatico usi sumus, orthographiam receptorum retinentes et litteram « j » initialem et intervocalem adhibentes. Lacunae a nobis impletae inter uncinos positae sunt. Verba erronea in textu retinuimus, rectificationibus in adnotationes relegatis. Relationes bibliographicae operum a nobis citatorum in extenso reportatae sunt et earum abbreviationes indicatae ubi primo occurrerunt. Elenchos rectorum et receptorum invenietis in *Introductione* ab A. L. Gabriel conscripta.

27 Febr. 1964.

A. L. Gabriel, Gray C. Boyce

INTRODUCTIO

RES QUAEDAM NOTATU DIGNAE NATIONEM ANGLICANAM (ALEMANNIAE) PARISIENSEM SAECULO XV SPECTANTES

auctore
A. L. GABRIEL

Nationis Anglicanae (Alemanniae) Universitatis Parisiensis rerum saeculo quinto decimo gestarum fons quidam praecipuus hucusque solus ineditus restat nationis *Liber receptorum*, Parisiis in Archivis Nationalibus Mss. H. 2587-2588 servatus[1], registra id est receptorum, qui infra procuratores res nationis nummarias curabant, qua natione una cum nationibus Gallicana, Picardorum, et Normannorum facultas Artium Universitatis consistebat.

Liber receptorum recepta et expensa nationis pro annis scholaribus 1425/1426 ad 1493/1494, quo tempore libertas et privilegia Universitatis in declivio erant, continet.

Cum omnia quae ad nationis res pecuniarias, collegia eius Suecia et Alemannia, redditus et salaria magistrorum, scholarium obligationes pertinent hoc loco tractari vix possint, de paucis rebus et praesertim de tribus problematibus scribere volo : de origine scholarium territoriali, eorum maxime qui Parisius ut ad gradum baccalareatus promoverentur e septuaginta sex diocesibus venerunt; de statu eorum economico et sociali; de migratione scholarium et magistrorum inter universitates eorumque perturbatione intellectuali, qua duce Johanne de Garlandia (1299) petebant unicam eruditorum mercedem, aliis se notos esse, sibi ponentes verba illa Senecae : « terras omnes tanquam meas videbo[2] ».

I. DE LIBRI RECEPTORUM CODICIBUS

Librum receptorum hic primo publici juris factum servant codices H. 2587 et H. 2588 Archivorum Nationalium Franciae. Utriusque codicis plures loci, ut lacunae in *Libro procuratorum* occurrentium cumularentur, ab editoribus *Auctarii* II typis jam mandati

1. *Auct.* VI, 1, n. *; 355, n. 1.

2. H. Denifle, Ae. Chatelain, edd., *Chartularium Universitatis Parisiensis*, Paris, 1889, I, 131, nº 72 [abbr. *Chart. Univ. Paris*]. Anglice vertit L. Thorndike, *University Records and Life in the Middle Ages* (Records of Civilization, No. 38), New York, 1949, 35.

sunt; quod ubicumque accidit infra indicatur. Uterque codex manibus receptorum pluribus gentibus ortorum scriptus est, codice H. 2588 manum humanisticam insuper praebente.

Primus liber a receptoribus exaratus amissus est[1]; quare H. 2587 et H. 2588, libri nostri primus et alter, alter et tertius reapse sunt[2].

H. 2587 rationes receptorum a Sept. 21, 1425 ad Sept. 21, 1461 redditas refert[3]; chartaceus, 210 × 270 mm., ff. 1-131 + 1 *bis*, tegumentum membraneum aequale; duo paginae custoditivae probationibus pennarum refertae sunt; vacant ff. 1^{v} *bis*[4] et 121^{v}[5]; f. 46^{v}, anno 1447 scriptum, scuto ornatur; ff. 120^{v}[6] et 121^{r}[7] quittantiae, in cedulis scriptae, filo consertae sunt.

H. 2588 (Musée, Vitrine C. 126, AE II. 1816) rationes a Sept. 21, 1461 ad Sept. 20, 1493 redditas nobis praestat[8]; chartaceus, 210 × 285, ff. 1-148, tegumentum membraneum aequale; vacant ff. 6^{rv}[9], 11^{rv}[10], 14^{v}[11], 16^{rv}[12], 17^{v}[13], 32^{v}[14], 44^{v}[15], 55^{v}[16], 66^{v}[17], 70^{v}[18], 76^{v}[19], 107^{r}[20], 121^{r}[21], 127^{r}[22], 133^{v}[23], 146^{rv}, 147^{rv}, et 148^{r}[24]. Ff. 1^{r}[25] et 101^{v}[26] litterae initiales depictae ornant. Aliqui receptores, e. g., Johannes Harvey, Petrus Tartareti, Andreas Tendel, initia relationum suarum forma quadrata scripserunt: ff. 101^{v}[27], *Fig. I*, 107^{v}[28], 121^{v}[29]. Cornu superius dextrum folii 148^{r} labefactatum est.

II. DE FATIS NATIONIS ET VARIO NUMERO EIUSDEM SUPPOSITORUM

Sciendum imprimis est apud Universitatem Parisiensem non viguisse morem Alemanniae usitatum intitulationis seu immatriculationis[30], sed studentes sub magistris se posuisse nec in registris nationis inscriptos esse donec determinantes fierent et nationi satisfacerent, nummas ex bursis determinatas receptori solvendo[31]. Natio anno 1461 decrevit fore ut nomina baccalareandorum cursus facultatis Artium inceptorum inscriberentur[32];

1. *Auct.* VI, 1, n. *.
2. *Ibid.*, 355, n. 1.
3. *Ibid.*, 1-355.
4. *Ibid.*, 5, n. 2.
5. *Ibid.*, 323, n. 1.
6. *Ibid.*, 322, n. 5.
7. *Ibid.*, 323, n. 2-3.
8. *Ibid.*, 355-744.
9. *Ibid.*, 367, n. 4.
10. *Ibid.*, 379, n. 1.
11. *Ibid.*, 387, n. 1.
12. *Ibid.*, 389, n. 1.
13. *Ibid.*, 391, n. 1.
14. *Ibid.*, 435, n. 2.
15. *Ibid.*, 469, n. 2.
16. *Ibid.*, 505, n. 1.
17. *Ibid.*, 531, n. 7.
18. *Ibid.*, 545, 31.
19. *Ibid.*, 562, n. 4.
20. *Ibid.*, 643, n. 7.
21. *Ibid.*, 680, n. 4.
22. *Ibid.*, 693, n. 2.
23. *Ibid.*, 710, n. 3.
24. *Ibid.*, 744, n. 3.
25. *Ibid.*, 355, n. 1.
26. *Ibid.*, 633, n. 1. Fig. 1.
27. *Ibid.*
28. *Ibid.*, 645, n. 1.
29. *Ibid.*, 681, n. 1.
30. H. Rashdall, F. M. Powicke, et A. B. Emden, *The Universities of Europe in the Middle Ages*, Oxford, 1936, I, 521-522.
31. G. C. Boyce, *The English-German Nation in the University of Paris during the Middle Ages*, Bruges, 1927, 88.
32. H. Denifle, Ae. Chatelain, edd., *Liber Procuratorum Nationis Anglicanae (Alemanniae) in Universitate Parisiensi* (Auctarium Chartularii Universitatis Parisiensis, II), Paris, 1937 (editio nova), 936, 44-937, 3; 938, 20 [abbr. *Auct.* II].

·1486·

Jo. herin.

Lectio magri Johannis herbr

Diocesis albiuensis in scola

Anno domini Millesimo Quadringentesimo octuagesimo sexto In vigilia beati Mathie
apostoli et evangeliste Congregata fuit veneranda Almanorum Natio super Novi
Receptoris Electione Apud sanctum Mathurinum Electus Itaque fuit via spiritus sancti honestus
vir Magister Johannes Herbr Nemine Reclamante qui fecit in sedis Receptas et computum
prefate Nationis pro isto anno

Fig. I. Prima pagina receptoriae Johannis Harvey (Hervy, Herwy), d'Aberdonensis, Sept. 20, 1486.
(Paris, Arch. Nat., H 2588, fol. 101v; Auct. VI, 633, n. 1.)

utrum vero decretum ad effectum perduceretur nescimus eo quod tales relationes nullibi repertae sunt.

Baccalareorum 1535 qui per illos sexaginta novem annos de quibus agitur in *Libro receptorum* in illo nominati sunt numerus proportionaliter medius seu medianus quotannis viginti duo erat; in natione Gallicana per annos tredecim (1443/1444-1455/1456) numerus quotannis erat 141 ex summa 1733 determinantium (non 130, ut vult Thurot)[1]; in natione Picardorum per annos 1476/1477-1483/1484 numerus medianus quoquo anno erat 55 ex 441 (non 59, pace Thurot)[2]. Natio igitur Anglicana (Alemanniae) minima erat inter Universitatis nationes. Eisdem tamen privilegiis ac ceterae nationes functa est. Eodem fere tempore, annis scilicet 1444-1456, numerus medianus baccalareorum Universitatis Sancti Andreae tredecim erat[3]. Ex tabulis videtur annos 1448 et 1450 felicissimos hisce institutionibus fuisse.

Reformatione a Guillelmo de Estoutevilla S. R. E. cardinali facta et Parisiis anno 1452 mense Junio introducta[4], natio Gallicana fere eundem numerum baccalareorum, 150 scilicet, retinuit[5]; natio vero nostra numero crescebat tantum anno 1456[6], fortasse quia scholares exteri ob novas et severiores regulas Parisius adire nolebant. Notatu dignum est numerum Trajectensium ad Universitatem Coloniensem advenientium ex 18 anno 1451 ad 102 anno 1452 auctum esse[7].

Vacillatio numeri scholarium in natione Anglicana (Alemanniae) e conditione economica et valetudinis urbis Parisiensis, politica interna Galliae et favore regali, relationibus politicis inter nationes vigentibus et viarum publicarum securitate pendebat.

A Carolo VII, rege Franciae 1429 coronato, ad urbem Parisiensem 1436 captam perpauci erant in natione studentes, tam propter itinerationem periculosam quam ob pestilentiam annis 1433-1434 saevientem, quae plures, praesertim juveniores, e vita sustulit — *touzjours jeunes gens mouroient*, secundum *Journal d'un bourgeois de Paris*[8]. Anno 1434 duo nationis Parisiis superstites erant, Albertus de Vorden Hollandrinus et Olavus Magni Suecus Aboensis[9]. Pestilentia iterum anno 1438 erumpente, circa 48,000-50,000 mortui sunt, *especialment des plus fors et des plus jeunes*, ut idem relator ait[10]. A mense Septembris 1438 ad Maium 1439 natio fere exstincta fuit, praeter fortem illum bedellum Boemundum de Kaiserslautern (Rheinpfalz), qui illi plus quam quinquaginta annos serviebat[11]. Anno 1441 scholares revenire incipiebant, primus Henricus de Marxen Coloniensis[12], deinde Urbanus Hertsy Hungaricus[13].

1. Ch. Thurot, *De l'organisation de l'enseignement dans l'université de Paris au moyen-âge*, Paris, 1850, 40-41, *n.* 8.
2. *Ibid.*
3. J. M. Anderson, *Early Records of the University of Saint Andrews, the Graduation Roll 1413-1579, and the Matriculation Roll 1473-1579* (Publications of the Scottish History Society, ser. 3, vol. VIII), Edinburgh, 1926, 23-35.
4. *Chart. Univ. Paris*, IV, 713-734, n° 2690.
5. Ch. Samaran, Ae. A. Van Moé, edd., *Liber Procuratorum Nationis Gallicanae (Franciae) in Universitate Parisiensi* (Auctarium Chartularii Universitatis Parisiensis, V), Paris, 1942, p. xiii; 472, 45-480, 4 [abbr. *Auct.* V].
6. *Auct.* VI, 273, 11-275, 4.
7. H. Keussen, *Die Matrikel der Universität Köln* (Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde, no. 8), Bonn, 1928, I, 541-557.
8. A. Tuetey, ed., *Journal d'un bourgeois de Paris, 1405-1449*, Paris, 1881, 295.
9. *Auct.* VI, 20, 21, n. 6; 12, 9, n. 6; *Auct.* II, 473, 29-474, 9, n. 5.
10. Tuetey, *op. cit.*, 342.
11. *Auct.* VI, 2, n. 5; *Auct.* II, 506, 27-29, n. 1.
12. *Auct.* VI, 101, 28, n. 1.
13. *Ibid.*, 105, 31, n. 7.

Annos 1471 inter et 1482, a bello a Ludovico XI (1461-1483) Burgundiae indicto ad foedus Atrebatense compactum, nationis baccalarei pauciores erant. Anno 1471, 13 Jan., Universitatis rectori denuntiatum est regem praecepisse ut omnes scholares et magistri de patria ducis Burgundiae juramentum sibi fidelitatis praestarent vel domum redirent; rex insuper voluit res omnium qui Parisiis abirent sibi appropriare atque ne rectores alienigenae eligerentur prohibuit[1]; anno 1475 Cornelius Oudendijck Trajectensis officium rectoriae resignare coactus est[2]. Non solum indolem Universitatis internationalem inpugnavit rex sed libertatem academicam, condemnans nominalismum, *viam* scilicet *modernam*, doctrinas Guillelmi Ockham, Johannis Buridani, Alberti de Saxonia[3].

Ob jussa regalia scholares Trajectenses urbem Parisiensem vitabant. Anno 1481/82 septem tantum baccalarei in natione nominati sunt[4], vix plures quam anno infelicissimo 1432/33. Universitatibus Parisiensi et Coloniensi scholares post annum 1471 amittentibus, nil mirum si Lovaniensis crescebat[5].

Edicto contra nominalismo anno 1481 revocato et foedere Atrebatensi 1482 facto, plures scholares exteri Parisius alliciebantur.

Quanta esset aliqua Universitatis Parisiensis natio ex conditione politica tam Parisiis quam in suppositorum patriis pendebat. Nullus Scotus, exempli gratia, Parisiis in natione Anglicana (Alemanniae) inscriptus est annis quibus Franciam Angli occupabant. Primus ex Scotia Parisios anno 1437 accessit Andreas Durisder, postea episcopus Glasguensis[6]. Plures Scoti Jacobo II juveniore circa 1444 advenerunt[7]. Inter annos 1475 et 1480, bello Jacobo III imminente, studentes Sancti Andreae, Glasguenses, Aberdonenses in natione pauciores fuerunt. Ex Universitate Glasguense anno 1451 condita[8] plures Parisios advenerunt, sicut plures Aberdonenses anno 1493 intuitu Universitatis ibidem anno 1494 opere Guillelmi Elphiston nasciturae[9]. Universitati Aberdonensi primos magistros dedit natio, Hectorem scilicet Boece[10] et Guillelmum Hay[11].

Francia a militibus Anglicanis occupata, sicut nullus Scotus, ita nullus Anglicanus apud facultatem Artium Parisiensem inscriptus est ab anno 1396, quando Christophorus Ponfret baccalareus Parisiis studebat[12], usque ad annum 1432/33, cum Johannes Clipston

1. Ch. Samaran, Ae. A. Van Moé, edd., *Liber Procuratorum Nationis Anglicanae (Alemanniae) in Universitate Parisiensi* (Auctarium Chartularii Universitatis Parisiensis, III), Paris, 1935, 163, 11-39; 164, 18-37 [abbr. *Auct.* III]; C. E. Bulaeus [Du Boulay], *Historia Universitatis Parisiensis*, V, Paris, 1670, 691-692 [abbr. Bulaeus, V].

2. *Auct.* VI, 516, n. 7; Bulaeus, V, 717; *Auct.* III, 291, 12-19, 26-35.

3. Bulaeus, V, 708, 709; E. Gilson, *History of Christian Philosophy in the Middle Ages*, New York, 1955, 499-520.

4. *Auct.* VI, 580, 6-28.

5. A. Derville, « Les étudiants Morins à l'Université de Louvain au XVe siècle », *Société des antiquaires de la Morinie. Bulletin historique trimestriel*, 1955, 375.

6. *Auct.* VI, 87, n. 1.

7. *Ibid.*, 112, 32-113, 26. A. I. Dunlop, *Acta facultatis Artium Universitatis Sanctiandreae* (1413-1588), Edinburgh-London, quando hanc introductionem scripsi, apud typographum erat.

8. *Munimenta Alme Universitatis Glasguensis, Records of the University of Glasgow from its Foundation till 1727*, Glasgow, 1854, I, 3-5; Rashdall, *op. cit.*, 311.

9. J. M. Bulloch, *A. History of the University of Aberdeen*, 1495-1895, London, 1895, 18.

10. *Auct.* VI, 722, 32, n. 2.

11. *Ibid.*, 717, 26, n. 7.

12. H. Denifle, Ae. Chatelain, edd., *Liber Procuratorum Nationis Anglicanae (Alemanniae) in Universitate Parisiensi* (Auctarium Chartularii Universitatis Parisiensis, I), Paris, 1937 (editio nova), 718, 40 [abbr. *Auct.* I].

d. Lincolniensis in libris nationis nominatus est [1], quem longe sequebatur, anno quidem 1480, Adam Redschef d. Cantuariensis, baccalareus Oxoniensis [2].

Natio Anglicana (Alemanniae), non obstantibus bellis et rerum convulsionibus, fere eodem numero per annos constitisse videtur. Secundum Denifle et Chatelain [3] habuit inter annos 1333 et 1406 graduatos 1700, secundum *Librum* nostrum *receptorum* inter annos 1425 et 1494 baccalareos 1535, 1618 vero supposita. Numerus igitur fere idem erat saeculis et XIV et XV.

III. DE ORIGINE TERRITORIALI SUPPOSITORUM NATIONIS

Baccalareorum 1535 nationi inter annos 1425 et 1494 inscriptorum 662 ex Provincia Altorum oriundi sunt, quae Alemanniam Septentrionalem et Meridionalem, Helvetiam, Europam Mediam, et Scandinaviam amplectabatur, has quidem dioceses : Aboensem (Suecia mediaevali); Arosiensem, Upsaliensem (Suecia); Othoniensem, Ripensem, Roskildensem (Dacia); Dorpatensem (Esthonia); Rigensem (Livonia); Bremensem et Verdensem (Hanovera); Warmiensem et Sambiensem (Borussia); Pomeraniensem, Vratislaviensem, Argentinensem, Bisuntinensem, Constantiensem, Basileensem, Lausanensem, Curiensem, Sedunensem, Pataviensem, Salzeburgensem, Augustensem, Bambergensem, Brandenburgensem, Brixinensem, Caminensem, Cicensem (Saxonia); Sleswicensem, Halberstadensem, Havelbergensem, Herbipolensem, Hildesemensem, Lausatiensem, Eistetensem, Frisingensem, Maguntinensem, Metensem, Lubicensem, Misnensem, Nuemburgensem, Olomucensem, Osnabrugensem, Ratisbonensem, Treverensem, Pragensem, Stulpensem, Zwerinensem, Spirensem, Wormatiensem (Alemannia); Strigonensem, Csanadiensem seu Cenadiensem, Transilvanensem (Hungaria); Zagrabiensem (Croatia); Cracoviensem, Gnesnensem, Poznaniensem, Leopoliensem, Wladislaviensem (Polonia).

Provincia Bassorum, quae diocesibus Trajectense, Leodiense, Coloniense, Monasteriense consistebat, oriundi sunt 489 baccalarei; Provincia Scotorum vero 253, quae tenebat dioceses Aberdonensem, Brechinensem, Candidae Casae, Cathanensem, Dunkeldensem, Dumblanensem, Glasguensem, Moraviensem, Rossensem, Sancti Andreae (Scotia); Cantuariensem, Carleoliensem, Eboracensem, Lincolniensem (Anglia). De diocesibus unde venerunt 131 baccalarei indicationem non repperi.

Baccalareus Parisiensis ut licentiatus fieret annum de more studebat [4]. Studentibus minoris ingenii abeuntibus, licentiati inter annos 1425 et 1494 numero 1036 erant, secundum *Librum receptorum;* si undecim a *Libro procuratorum* annis 1432/33 et 1479/80 nominatos, a *Libro receptorum* omissos, addas, 1047 licentiatos in natione habeas. Incipientes, id est magistri Artium, 907 enumerati sunt.

Baccalareorum nationis plurimi Trajectenses erant (402 sive 26.19 %), fere eadem proportione ac in Universitate Coloniense, ubi ab anno 1425 ad 1494 Trajectenses erant 5144 (vel 5166 si de rectoratu hiemali ratio habeatur) ex 18519 studentibus, seu 28 % [5].

1. *Auct.* VI, 52, 31, n. 3.
2. *Ibid.*, 572, n. 8.
3. *Auct.* I, Introd., XVI.
4. *Chart. Univ. Paris*, I, 229, n° 201.
5. KEUSSEN, *op. cit.*, I, 175 *-183 *, Tabelle I.

Proxime accedebant Constantienses (147; 9.58 %); deinde Sancti Andreae (121; 7.88 %); Glasguenses (47; 3.06 %); Colonienses (43; 2.8 %); Misnenses et Aberdonenses utrimque (39; 2.54 %); Argentinenses (38; 2.48%); Spirenses (37; 2. 41 %); Leodienses (35; 2.28 %); Treverenses (34; 2.21 %); Basileenses (29; 1.89 %); Maguntinenses (28; 1.82 %); Aboenses (27; 1.76 %); Augustenses (25; 1.63 %); Herbipolenses et Pragenses (22; 1.43 %); Vratislavienses, Brandenburgenses, Metenses (17; 1.11 %); Brechinenses (14; 0.91 %); Lubicenses (12; 0.78 %); Caminenses (11; 0.72 %); Lausanenses, Wormatenses, Monasterienses, Nuemburgenses (9; 0.59 %); Bambergenses, Candidae Casae, Moravienses (8; 0.52 %); Eistetenses (7; 0.46 %); Havelbergenses (6; 0.39 %); Wladislavienses, Olomucenses, Poznanienses, Ratisbonenses, Rossenses, Sedunenses (5; 0.33 %); Curienses, Dorpatenses, Dunkeldenses, Patavienses, Upsalienses (4; 0.26 %); Bremenses, Frisingenses, Roskildenses, Halberstadenses, Salzeburgenses, Warmienses (3; 0.20 %); Transilvanenses, Bisuntinenses, Cathanenses, Cicenses, Csanadienses, Lausatienses, Cracovienses, Lincolnienses, Osnabrugenses, Rigenses, Stulpenses, Verdenses, Brixinenses (2; 0.13 %); Carleoliensis, Dumblanensis, Eboracensis, Gnesnensis, Hildesemensis, Othoniensis, Pomesaniensis, Ripensis, Sambiensis, Sleswicensis, Strigoniensis, Zagrabiensis, Zwerinensis (unus; 0.07 %).

IV. QUI AD DIGNITATEM EPISCOPALEM PERVENERUNT

Nota dignum est plures episcopos ex suppositis Suecis et Scotis nationis Anglicanae (Alemanniae) electos esse. Ex plurimis Alemannis, Hollandrinis et alliis exteris Parisiis studentibus duo solummodo ad episcopatum evecti sunt : Thomas Ruscher [1] (baccalareus Parisiensis 1469) de Gomundia, d. Augustensis, episcopus titularis Venecompensis (1502-1510), qui officio in d. Maguntinensi functus est; Franciscus de Busleyden [2] (bacc. Paris. 1472) ex Mechlinia, Trajectensis, episcopus Bisuntinensis (1499-1502).

Ex paucis autem Aboensibus Parisiis studentibus quinque episcopi adlecti sunt : Olavus Magni [3] (bacc. Paris. 1422), episcopus Aboensis 1450-1460; Magnus Nicolai [4] (bacc. Paris. 1456), episcopus Aboensis 1489-1500; Laurentius Michaelis [5] (bacc. Paris. 1473), episcopus Aboensis 1500-1506; Johannes Olavi [6] (bacc. Paris. 1485), episcopus Aboensis 1507-1510; Arvidus Korke [7] (bacc. Paris. 1486), episcopus Aboensis 1511-1522.

Upsaliensis fuit Jacobus Ulfonis (bacc. Paris. 1461), archiepiscopus Upsaliensis (1469-resignavit 1515) et Universitatis Upsaliensis anno 1477 conditor [8].

Ex scholaribus Scotis quatuor episcopi creati sunt : Andreas Durisder [9] (bacc. Paris.

1. *Auct.* VI, 452, 20, n. 11.
2. *Ibid.*, 487, 5, n. 1.
3. *Ibid.*, 12, 9, n. 6; Y. Koskinen, *Olavi Maunupoika Pariisissa ja suomalaisten opinkäynti ulkomailla keskiaialla*, Helsinki, 1862.
4. *Auct.* VI, 274, 3, n. 7.
5. *Ibid.*, 500, 20, n. 7; A. Maliniemi, « Opillinen ja kirjallinen kulttuuri keskiaikana », *Suomen Kulttuurihistoria*, ed., G. Suolahti-E. Aaltonen- L. Kuusanmäki — E. Jutikkala — P. Renvall — H. Waris, Jyväkylä-Helsinki, 1933, 576.
6. *Auct.*, VI, 612, 31, n. 14.
7. *Ibid.*, 626, 11, n. 6. K.E.F. Ignatius, *Arvid Kurki, Suomen viimeinen katholinen piispa*, Pori, 1875.
8. *Auct.*, VI, 329, 36, n. 2.
9. *Ibid.*, 87, 1, n. 1.

1438), d. Glasguensis, episcopus ibidem 1455-1473; Thomas Vaus[1] (bacc. Paris. 1446), episcopus Candidae Casae 1457-1458, deinde Aberdonensis 1458-1480; Robertus Blakadir[2] (bacc. Paris. 1464), d. Sancti Andreae, episcopus Aberdonensis 1480-1483, deinde archiepiscopus Glasguensis 1483-1508; Robertus Cockburne[3] (bacc. Paris. 1486), d. Sancti Andreae, episcopus Rossensis 1507-1524, deinde Dunkeldensis 1524-1526.

V. DE EIS QUI OFFICIUM RECTORIS UNIVERSITATIS PARISIENSIS ASSUMPSERUNT

Rectorem Universitatis Parisiensis eligere[4] ab initio penes quatuor facultates Artium nationes erat, quarum remansit privilegium ortis superioribus facultatibus. Electio non statuto tempore fiebat antequam Simon de Bria S. R. E. cardinalis anno 1266 decrevit rectorem quater in anno eligendum, scilicet primo die legibile post festum S. Remigii, ultimis diebus legibilibus ante vacationes Nativitatem Domini praecedentes, ante festum Annuntiationis, ante Nativitatem Johannis Baptistae[5]. Rector alternatim ex suppositis quatuor nationum eligendus erat[6].

Electores rectoris seu « intrantes » non solum e procuratoribus sed etiam ex aliis magistris eligendi erant, secundum Simonis decretum : « Eligetur autem rector unicus a quatuor procuratoribus nationum vel aliis quatuor earum magistris juratis secundum tenorem statuti super hoc dudum editi[7] ». Qualis magister Artium intrans eligendus esset natio[8] anno 1459 statuit : « nullus potest eligere qui non potest eligi[9] ». Saeculis XIV et XV intrantes in uno conclave seclusi sunt[10], ibi mansuri donec rector eligeretur nisi casus subito occurrens aliter monuit; electio perfici debuit intra tempus candelae comburendae, cujus longitudo determinata est.

Rector Universitatem tres menses regebat[11]. Birettam a praedecessore recepit[12] et amicis convivium, « vinum et species », dedit[13]. Redditus rectoris ex magno et parvo sigillis, ex bursis taxatis et ex pergameno sumpti sunt[14]. Praeterea singuli qui ad magisterium Artium consequendum tendebant nationi, quando incipiebant, tenebantur pro cappa rectoris octo solidos solvere[15] atque plus pro ejus jocundo adventu, in toto duo libras. Juxta statuta 1425/1426 data[16] singuli incipientes rectori duo solidos solvebant.

In functionibus Universitatis rector primum locum obtinebat, quod jus a bacca-

1. *Ibid.*, 141, 12, n. 5.
2. *Ibid.*, 386, 20, n. 16.
3. *Ibid.*, 627, 9, n. 3.
4. C. E. Bulaeus [Du Boulay], *Remarques sur la dignité, rang, préséance, autorité, et jurisdiction du Recteur de l'Université de Paris*, Paris, 1668, 10-14; cf. O. Eissfeldt, « Rektor : Geschichte und Bedeutung des Universitätsrektoramtes », *Studium Generale* 5 (1952) 384-392.
5. *Chart. Univ. Paris.*, I, 455, n° 409.
6. Bulaeus, *Remarques sur la dignité... du Recteur*, 11.
7. *Chart. Univ. Paris.*, I, 456, n° 409.
8. *Auct.* II, 922-923.
9. Bulaeus, *Hist. Univ. Paris.*, III, 380; cf. *Chart. Univ. Paris.*, I, 456, n° 409.
10. *Auct.*, III, 775, 14-43.
11. Thurot, *op. cit.*, 21; *Chart. Univ. Paris.*, I, 455, n° 409.
12. *Auct.* II, 804, 1-2.
13. *Ibid.*, 804, 8.
14. Bulaeus, *Remarques sur la dignité... du Recteur*, 27.
15. *Auct.* VI, 5, 26 et passim; *Auct.* II, 299, 42.
16. *Ibid.*, 6, 21; cf. Paris, *Bibl. Nat. N. Acq. lat, 535*, ff. 148v-149r : *Nota pro receptore*, et *De bursarum natura.*

lareis Artium in juramentis agnoscendum erat : « Item, vos jurabitis quod statutum ordinatum per facultatem artium de prepositione rectoris in actibus communibus Universitatis inviolabiliter observabitis, ad quemcumque statum deveneritis [1] ».

Sicut nationis studentium plurimi, ita rectorum Universitatis plurimi Trajectenses erant. Ab anno 1425 ad 1494 rectores 261 identificati sunt [2], quorum 39 ex nostra natione provenerunt; ex his 21 Trajectenses fuerunt, e Provincia Bassorum; e Provincia Altorum Spirenses et Augustenses duo, Aboensis, Constantiensis, Lausanensis, Poznaniensis, Pragensis, Hungaricus unus; e Provincia Scotorum quinque Sancti Andreae, Glasguenses duo, Candidae Casae unus.

Receptorum 84 nationis Anglicanae (Alemanniae) 41 e Provincia Bassorum, 29 e Provincia Altorum, 14 e Provincia Scotorum erant.

Aliquando utrum rectoris electio legitima fuisset discutiebatur [3]. Nomen rectoris a receptore ex more relatum est, penes quem solutiones « pro cappa rectorum » accipere pendebat [4]. Ob expensas in electione solvendas receptoris interfuit scire cuinam rectori in casu litigationis solutiones deberentur.

Elenchum rectorum pleniorem quam eum qui ex *Libro procuratorum* compilatus est mihi datum est ex *Libro receptorum* exarare; cui referentias ad Bulaeum, *Chartularium* IV, *Auctarium* III, IV, V subjungo [5].

VI. ELENCHUS RECTORUM UNIVERSITATIS PARISIENSIS (1424-1494)

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. II	Auct. IV	Auct. V	Liber recept. auct. VI	Bulaeus
1424 Mar. [24]							V. 920
Jun. 23	Guillelmus de Fossato	Gall.	313, 2			15, n. 2	V. 920
Oct. [10]							V. 920
Dec. 16	Petrus de Credulio	Gall.	314, 41				V. 920
1425 Mar. [24]	Guillelmus de Fossato	Gall.	322, n. 6			15, n. 2	
Jun. [23]							V. 920
Oct. 10	Johannes Johannis, alias Reyneri, de Leydis	Angl. (Alem.)	334, 1			1, n. 1	
Dec. 15	Johannes de Insula	Norm.	335, 38			3, n. 5	
1426 Mar. 16	Thomas de Courcellis	Pic.	343, 2			9, 25, n. 2	

1. *Chart. Univ. Paris.*, II, 680, n° 1185; Bulaeus, *Remarques sur la dignité... du Recteur*, 40.

2. Johanne Bernardi (1482) incluso, cujus electio ab nationibus Franciae et Normannorum rejecta erat : *Auct.* VI, 587, n. 3; *Auct.* III, 55, 116, n. 2; Bulaeus, V, 923.

3. *Auct.* VI, 243, n. 3; 547, n. 2; 683, n. 1.

4. *Ibid.*, 9, 25; 10, 18; 15, 6; 17, 29; 23, 20; 24, 17, 19 et passim.

5. Elenchi rectorum, v. Bulaeus, V, 919-924, pro annis 1400-1499; *Chart. Univ. Paris.*, IV, Introd., XXVII-XXXI : 1408-1464; *Auct. III*, 821-924 : 1466-1492; *Auct.* IV, 467-468 : 1476-1483; *Auct.* V, 727-729 : 1443-1456.

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. II	Auct. IV	Auct. V	Liber recept. auct. VI	Bulaeus
Jun. 22	Johannes Pottage	Norm.	348, 12			10, 19, n. 7	
[Oct. 10]	Guillelmus de Fossato	Gall.	353, n. 1			15, 6, n. 2	
Dec. 16	Nicolaus Amici	Pic.	356, 1			16, 2, n. 6	
1427 Mar. 24	Petrus Mauricii	Norm.	359, 34			17, 29, n. 4	
[Jun. 23]	Guillelmus Erardi	Gall.	367, n. 1			23, 20, n. 2	
Oct. 10	Petrus Maugier	Gall.	368, 39			24, 17, n. 7	
Dec. 16	Johannes Johannis, alias Reyneri, de Leydis	Angl. (Alem.)	370, 45			1, n. 1	V. 381; 920
1428 [Mar. 24]	Johannes Gomont	Gall.	374, n. 4			26, 14, n. 5	
[Jun. 23]	Gerardus Gehe	Gall.	382, 33, n. 1			30, 29, n. 4	
[Oct. 10]	Hugo Majoris	[?]	cf. 391, n. 2			31, 17, n. 2	
Dec. 16	Petrus Mauricii	Norm.	393, 26			32, 9, n. 6	V. 920
1429 Mar. 23	Johannes Gomont	Gall.	406, 43			33, 32, n. 8	V. 920
Jun. 23	Gregorius Nicolai	Pic.	414, 6			37, 24, n. 4	
Oct. [10]	Nicolaus Amici	Pic.	419, 40			16, 22, n. 6 40, 34	V. 920
Dec. 16	Gerardus Gehe	Gall.	426, 41			41, 7, n. 1	
1430 Mar. [24]	Guillelmus Erardi	Gall.	431, n. 4				V. 389; 920
Jun. [23]					cf. 51 n. 2		V. 920
Oct. 10	Thomas de Courcellis	Pic.	441, 48				V. 393; 921
[Dec. 16]	Johannes Haneron	Pic.	443, n. 1			117, n. 3	V. 921
1431 [Mar. 24]	Petrus de Gouda	Angl. (Alem.)	449, n. 2			6, n. 7; 45, 6, n. 1	V. 395
[Jun. 23]	Johannes de Ponte	Pic.	454, n. 6			48, 21, n. 6	
[Oct. 10]	Guillelmus Echocard	Pic.	458, n. 4			55, 18, n. 1	

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. II	Auct. IV	Auct. V	Liber recept. auct. VI	Bulaeus
[Dec. 16]	Johannes Chufard	Pic.	284, n. 3; 460, n. 4			55, 21, n. 2	
1432 [Mar. 24]	Nicolaus Coquerel	Pic.	463, n. 1			57, 8, n. 1	V. 921
[Jun. 23]	Martinus Bereck	Angl. (Alem.)	466, n. 2			2, n. 6; 57, 9, n. 2	
[Oct. 10]	Jacobus Galet	Pic.	467, n. 1			61, 23, n. 5	
[Dec. 16]	Alardus Palenc	Pic.	467, n. 1			61, 4, n. 2	V. 921
1433 [Mar. 24]							
[Jun. 23]	Guillelmus Pommier	[?]	474, n. 3			64, 12, n. 7	V. 921
[Oct. 10]							
[Dec. 16]	Albertus Vorden	Angl. (Alem.)				65, 1, n. 1	V. 921
1434 [Mar. 24]							
[Jun. 23]	Petrus Maugier	Gall.	cf. 474, n. 3			67, 20, n. 1	
[Oct. 10]							V. 921
[Dec. 16]							V. 921
1435 [Mar. 24]							V. 921
[Jun. 23]	Philippus de Longolio	Gall.	481, n. 2			90, n. 6	V. 921
[Oct. 10]							V. 921
Dec. 16	Olavus Magni	Angl. (Alem.)	483, 46-48			12, n. 6; 115, n. 1	V. 921
1436 [Mar. 24]	Nicolaus d'Auchi	Pic.	487, n. 1			76, 2, n. 5	V. 439; 921
[Jun. 23]	Petrus Ritcherii	Norm.	488, n. 4			78, 33, n. 8	
[Oct. 10]	Gerardus Gehe	Gall.	489, n. 1			78, 3, n. 6	V. 439; 921
[Dec. 16]	Gaufridus Normanni seu Amici	Pic.	491, n. 1			78, 34, n. 9	V. 441
1437 [Mar. 24]	Robertus Sibolle	Norm.	493, n. 2			79, 1, n. 1	
[Jun. 23]	Aegidius Hodebyn	Gall.	497, n. 1			82, 20, n. 5	V. 921
[Oct. 10]	Johannes d'Auchy	Pic.	499, n. 1			85, 1, n. 1	
[Dec. 16]	Guillelmus Boulle	Gall.	500, n. 3			85, 2, n. 2	

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. ii	Auct. iv	Auct. v	Liber recept. auct. vi	Bulaeus
1438 [Mar. 24]	Guillelmus Rossellet	Gall.	500, n. 3			90, 4, n. 4	
[Jun. 23]	Phlippus de Longolio	Gall.	500, n. 3			90, 13, n. 6	
[Oct. 10]							
[Dec. 16]							
1439 [Mar. 24]							
[Jun. 23]							V. 921
[Oct. 10]							V. 921
[Dec. 16]							V. 921
1440 [Mar. 24]	Johannes Mileti	Gall.	513, 12			96, 19, n. 7	V. 921
[Jun. 23]							V. 921
[Oct. 10]	Johannes d'Auchy	Pic.	516, 16, n. 4			85, n. 1	V. 921
[Dec. 16]	Guillelmus Auberi	Norm.	517, n. 1				V. 921
1441 [Mar. 24]							V. 921
[Jun. 23]	Petrus Ritcherii	Norm.	cf. 519, n. 1; 524, 21			100, 5, n. 4	
Oct. 10	Petrus de Vaucello	Gall.	525, 6			100, 39, n. 8	V. 520; 921
Dec. 16	Johannes Solerii	Gall.	531, 12			95, n. 4	
1442 [Mar. 24]							V. 921
[Jun. 23]	Petrus Corii	Norm.	560, 14			105, n. 2	
Oct. 10	Johannes d'Auchy	Pic.	559, 34			105, n. 2	
Dec. 10	Balduinus Beghyn	Pic.	563, 5				
1443 [Mar. 24]	Odo de Credulio	Gall.	567, 38				V. 921
[Jun. 23]							V. 921
Oct. 10	Petrus Ritcherii	Norm.	573, 45		cf. 727		
Dec. 16	Johannes Boucart de Vaucello	Norm.	578, 28		cf. 727; 13, n. 2	135, 1, n. 1	
1444 Mar. 24	Rudolphus Morini	Norm.	585, 34		cf. 727; 37, n. 2	111, 26, n. 8	
Jun. 23	Albertus Scriptoris	Angl. (Alem.)	592, 30		cf. 727; 51, n. 1	111, 35, n. 9; 74, n. 10	
Oct. 10	Nicolaus Coquerel	Pic.	599, 15		cf. 727; 56, 10, n. 6	116, 15, n. 4	
Dec. 16 .	Johannes Hancron	Pic.	605, 2		cf. 727; 65, n. 2	117, 21, n. 3	
1445 Mar. [24]	Nicolaus Coquerel	Pic.	cf. 612, n. 6		cf. 727; 81, n. 3	121, 22, n. 2	

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. II	Auct. IV	Auct. V	Liber recept. auct. VI	Bulaeus
Jun. 23	Gaufridus Normanni seu Amici	Pic.	cf. 619, n. 2		100, 7; 727	78, n. 9	V. 921
Oct. 11	Johannes Haneron	Pic.	624, 43		cf. 727; 114, n. 2	134, 32, n. 5	V. 533
Dec. 16	Martinus Chiaboult	Gall.	634, 18, n. 2		124, 31; 727	134, 35, n. 6	V. 533; 534; 906; 921
1446 Mar. 24	Johannes Solerii	Gall.	649, 20		cf. 727; 143, n. 1	134, 36, n. 7	
Jun. [23]	Johannes Boucart de Vaucello	Norm.	cf. 657, n. 2; 666, 8		cf. 727; 165, n. 1	135, n. 1	
Oct. [10]	Johannes Parentis	[Gall.]	cf. 667, n. 1		cf. 175, n. 2; 727	138, 9, n. 7	
Oct. [16]. Dec. 16	Johannes Beghin	Gall.	674, 33		183, 38; 727	138, 7, n. 6	V. 921
1447 Mar. 24	Thomas de Gersone	Gall.	683, 44		727; 199, n. 2	147, 20, n. 4	V. 921
Jun. 23	Johannes Boucart de Vaucello	Norm.	691, 4		210, 21; 727	147, 21, n. 5	V. 921
Oct. 10	Johannes Lullier	Gall.	698, 19		222, 10; 727	150, 22, n. 6	V. 921
Dec. 16	Albertus Scriptoris	Angl. (Alem.)	704, 36		232, 42; 727	153, 11, n. 2	V. 921
1448 Mar. 15	Johannes Pluette	Gall.	719, 6		251, 8; 727	163, 24, n. 3	V. 921
Jun. 23	Johannes Normanni	Gall.	cf. 733, n. 1		261, 40; 727	163, 30, n. 4	
Oct. [9/10]	Johannes Doucart	Pic.	744, 22		278, 14; 727	168, 16, n. 8	V. 921
Dec. 16 [17]	Jacobus Carpentarii	Pic.	752, 29		285, 20; 727	169, 1, n. 1	V. 921
1449 Mar. 24	Jacobus Lullier	Gall.	757, 5		302, 12; 727	175, 2, n. 1	V. 921
Jun. 23	Jacobus Nicolai de Gouda	Angl. (Alem.)	768, 44		cf. 727	175, 33, n. 2	
Oct. 10	Guillelmus de Castroforti	Gall.	780, 38		cf. 727	183, 13, n. 4	
Dec. [15/16]	Gaufridus Calvi	Gall.	789, 7		332, 8; 727	185, 27, n. 3	V. 549; 921
1450 Mar. 31	Albertus Scriptoris	Angl. (Alem.)	802-803; 805, 26		352-355; 349; 727	191, n. 4	V. 522; 921
Jun. 25	Robertus Remigii	Norm.	812, 32		cf. 727	191, 19, n. 5	V. 921
Oct. [8/10]	Victor Textoris	Gall.	820, 29		380, 6; 727	196, 23, n. 9	V. 921

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. ii	Auct. iv	Auct. v	Liber recept. auct. vi	Bulaeus
Dec. 16	Nicolaus Fraterni	Pic.	826, 23		390, 7; 727	196, 34, n. 13	V. 554; 921
1451 Mar. 24	Jacobus Nicolai de Gouda	Angl. (Alem.)	cf. 849, n. 1		417, 16; 727	204, 14, n. 7	V. 557
Jun. 23	Thomas Trocelli	Norm.	856, 2		442, 6; 727	204, 16, n. 8	V. 558; 921
Oct. 11	Clemens Permenter	Norm.	cf. 864, n. 6		456, 1; 727	212, 20, n. 6	V. 921
Dec. 16	Thomas Josleyn	Norm.	868, 21		461, 35; 727	213, 13, n. 2	V. 921 (Thomas Bosselin)
1452 Mar. 24	Johannes Normanni	Gall.	878, 27		480, 29; 727	221, 12, n. 2	V. 577; 921
Jun. 23	Evrardus Johannis, vel Custodis	Angl. (Alem.)	894, 29		cf. 493, n. 2; 729	221, 24, n. 4	V. 921 (Emardus)
Oct. [10]	Jacobus de Busco, vel de Bosco	Pic.	(897, 10, n. 10)		cf. 498, n. 3; 502, 4, 10; 729	224, 39, n. 8	V. 921
Dec. 16	Aubertus de Sancto Simone	Gall.	(897, n. 3)		502, 6; 729		V. 921
1453 Mar. 23	Aegidius Marie	Norm.	(898, 21)		520, 40; 534-536; 729	228, 36, n. 5	V. 921
Jun. [23]	Victor Textoris	Gall.	(901, 4)		cf. 541, n. 2; 727	238, 25	
Oct. 10	Petrus Caros	Gall.	(901, 37)		554, 43; 729	243, 19, n. 3	V. 584; 922
Dec. 15	Johannes Kennedy	Angl. (Alem.)	(902, 8)		571, 21; 729	245, 39, n. 3	
1454 [Mar. 24 Apr. 17]	Petrus Caros	Gall.	(903, 42)		cf. 729; 589 14	254, 27, n. 4	V. 590
Jun. 22	Guillelmus Hoplant	Pic.	(903, 43)		609, 41; 729	254, 28, n. 5	V. 922
Oct. 10	Reginaldus du Brule	Pic.	(905, 1, n. 1)		633, 39; 729	258, 14, n. 3	V. 922
Dec. 16	Nicolaus de Foro	Gall.	(905, 7, n. 4)		643, 32; 729	259, 1, n. 1	V. 922
1455 Mar. 24	Nicolaus Dentis	Pic.	(906, 38, n. 15)		658, 35; 729	264, 41, n. 9	V. 922
Jun. 23	Martinus Eunuchi	Gall.	(907, 5, n. 3)		668, 41; 729	265, 39, n. 4	V. 922
Oct. 10	Johannes Dulcisamici	Gall.	(908, 9, n. 8)		689, 22; 729	268, 17, n. 5	V. 922
Dec. 16	Guillelmus Ogelby	Angl. (Alem.)	(909, 38, n. 1)		cf. 689, 24; 729	270, 35, n. 5	
1456 Mar. 19	Guillelmus Riveti	Gall.	(912, 4, n. 3)		716, 9; 729	276, 29, n. 5	V. 601; 922

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. II	Auct. IV	Auct. V	Liber recept. auct. VI	Bulaeus
Jun. 23.	Gaufridus Calvi	Gall.	(912, 11)			277, 26	V. 605; 922
Oct. [11]	Nicolaus Bartolt	Pic.	(913, 26, (n. 4)			282, 8, n. 3	V. 610; 922
Dec. 16	Ludovicus Sconelinch	Pic.	(914, 8, n. 9)			285, 36, n. 3	V. 611; 922
1457 Mar. [24].	Johannes Bollengarii	Pic.	(916, 16, n. 3)			292, 31, n. 9	V. 922
Jun. [23]	Arnoldus Fokini	Angl. (Alem.)	(916, 20, n. 5)			293, 7, n. 1	V. 619
Oct. 10	Johannes Chambellain	[?]	(917, 27, n. 4)			298, 13, n. 5	V. 922
Dec. [ ]	Galterus de Wervia	Angl. (Alem.)	(917, 30, n. 5)			198, 21, n. 6	
1458 Mar. 24	Jacobus Junii	Gall.	(920, 16, n. 7)			304, 19, n. 11	V. 622; 922
Jun. 23.	Johannes Versoris	Norm.	(920, 22, n. 9)			305, 27, n. 2	V. 630; 922
Oct. [ ]	Nicolaus Grennier	[?]	(922, 4, n. 6)			310, 10, n. 6	
Dec. [16]	Johannes Aegidii	Pic.	(922, 18, n. 8)			310, 35, n. 9	V. 922
1459 Mar. [ ]	Johannes Ranier	Gall.	(924, 31, n. 5)			314, 27, n. 10	
Jun. [ ]	Desiderius Natalis	Gall.	(924, 33, n. 6)			314, 36, n. 11	
Oct. [ ]	Johannes Peron	Gall.	(926, 40, n. 5)			326, 5, n. 1	
Dec. [ ]	Johannes Toungis	Pic [?]	(927, 1, n. 1)			327, 41, n. 1	
1460 Mar. [24]	Robertus Remigii	Norm.	(930, 17)			335, 40	V. 635; 922
Jun. [ ]	Arnoldus Fokini	Angl. (Alem.)	(930, 23, n. 5)			336, 23, n. 5	
Oct. [ ]	Petrus Marie	Gall.					V. 641; 922
Dec. [ ]	Johannes de Vallibus	Pic.	(934, 8, n. 8)			347, 7, n. 2	V. 922
1461 Mar. [ ]							V. 922
Jun. [ ]							V. 922
Oct. [ ]	Johannes de Roca	Norm.	(942, 20, n. 8)			358, 8, n. 1	V. 652; 922
Dec. 16	Johannes de Bosco	Pic.	(942, 25, n. 11)			358, 32, n. 4	V. 652; 922
1462 Mar. 24	Robertus Masengaerb	Pic.	(945, 18, n. 3)			367, 27, n. 5	V. 653; 916; 922
Jun. 23	Eustacius Karbonier		(945, 25,			367, 33,	V. 655

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. ii	Auct. iv	Auct. v	Liber recept. auct. vi	Bulaeus
			n. 4)			n. 6	
Oct. [10]	Nicolaus Rypaud	Gall.	(946, 12, n. 11)			370, 22, n. 6	V. 922
Dec. [ ]	Petrus de Sancto Martino	Gall.	(946, 18, n. 12)			371, 2, n. 1	
1463 Mar. [24]	Simon Fukquerl	Pic.	(948, 39, n. 6)			378, 33, n. 8	V. 922
Jun. [23]	Johannes Priart	Gall.	(948, 43, n. 7)			379, 13, n. 2	V. 922
Oct. [ ]	Philippus Bolart		(949, 26, n. 4)			381, 17, n. 2	
Dec. [16]	David Archas	Angl. (Alem.)	(949, 39, n. 8)			381, 44, n. 5	V. 922
1464 Mar. [ ]	Martinus Magistri	Gall.	(952, 43, n. 4)			388, 4, n. 4	
Jun. [23]	Antonius de Bosco	Pic.	(954, 19, n. 3)			392, 1, n. 3	V. 922
Oct. [10]	[Johannes] Juratoris	[Norm.]	(954, 36, n. 7)			393, 13, n. 5	V. 922
Dec. [16]	Johannes Parmentarii	[Pic.]	(954, 42, n. 9)			394, 37, n. 8	V. 922
1465 Mar. [23]	Guillelmus Nicolai	[Gall.]	956, 38, n. 3			403, 8, n. 3	V. 922
Jun. 22	Gaufridus Normanni seu Amici	Pic.	961, 24			404, 7, n. 6	V. 922
Oct. 10	Petrus Martini	Norm.	967, 2			406, n. 4; 408, 33, n. 4	V. 922
Dec. 15	Johannes Milonis	Gall.	968, 47			411, 1, n. 1	V. 678; 893; 922
			Auct. iii				
1466 [Mar. 23]	Yvo Calvi	Gall.	4, n. 6			420, 6, n 4	V. 922
Jun. 22	Jacobus Houck	Angl. (Alem.)	13, 4; 821			421, 13, n. 1	V. 922
Oct. 16	Patricius Leich	Angl. (Alem.)	19, 12; 821			423, 9, 18, n. 5	V. 922
Dec. 16	Johannes Bultel	Pic.	25, 47; 821			423, 10, n. 2	V. 922
1467 Mar. 20	Berengarius Mercatoris	Norm.	37, 16; 821			433, 20, n. 4	
Jun. 24	Guillelmus Ficheti	Gall.	50, 29; 821			434, 9, n. 6	V. 878; 922
Oct. 10	Andreas Berkier	Pic.	57, 35; 821			437, 3,	V. 922

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. iii	Auct. iv	Auct. v	Liber recept. auct. vi	Bulaeus
						n. 2	
Dec. 16	Sigerius Clerici	Pic.	64, 32; 821			439, 1, n. 1	V. 922
1468 Mar. 24	Carolus Saxi	Norm.	80, 47; 821			445, 2, n. 1	V. 687; 922
Jun. 23	Aegidius de Alnetis	Gall.	90, 41; 821			445, 5, n. 3	V. 922
Oct. 10	Johannes Benedicti	Pic.	97, 15; 821.			447, 1, n. 1	V. 922
Dec. 15	Petrus Haest	Pic.	103, 5; 821			449, 1, n. 1	V. 922
1469 Mar. 24	Johannes Heynlyn de Lapide	Angl. (Alem.)	113, 46; 821			456, 17, n. 6	V. 688; 922
Jun. 23	Amator [Chotart, alias Johannes Amator]	Gall.	121, 18; 821			456, 33, n. 11	V. 866; 922
Oct. 10	Johannes de Irlandia	Angl. (Alem.)	125, 39; 821			458, 32, n. 6	V. 922 (Johannes de Hollandia)
Dec. 16	Thomas Kennedy	Angl. (Alem.)	129, 43; 821			460, 14, n. 5	V. 690; 922
1470 Mar. 24	Johannes Fanushi	Gall.	141, 11, n. 1; 821			464, 38, n. 8	V. 922
Jun. [ ]	Aegidius Nettellet	Pic.	149, 46; 821			465, 7, n. 2	V. 922
Oct. 10	Christianus Foliot	Norm.	153, 39; 821			471, 7, n. 3	V. 922
Dec. 15	Matthaeus Sauquet	Gall.	159, 4, n. 1; 821			472, 31, n. 8	V. 922
1471 Mar. 24	Jacobus Mangier	Gall.	174, 46; 821			478, 7, n. 5	V. 922
Jun. 10.	Johannes de Rili	Pic.	179, 22; 821			479, 12, n. 2	V. 897-898; V. 922
Oct. 10	Johannes Eschart	Gall.	183, 29; 821			483, 24, n. 3	V. 922
Dec. 29	Johannes Blanbaton	Norm.	187, 39; 821			485, 4, n. 2	V. 922
1472 Mar. 20	Stephanus Grandis	Norm.	198, 30; 821			484, 7, n. 6	V. 922
Jun. 23	Reynerus Hanegreve	Angl. (Alem.)	206, 23; 821			491, 33, n. 1	V. 922
Oct. 10	Philippus Langueti	Gall.	216, 46; 821			496, 38, n. 9	V. 922
Dec. 16	Martinus Brisonet	Gall.	222, 47; 821			498, 44, n. 5	V. 702; 922
1473 Mar. [24]	Johannes Mene	[Gall.]				502, 30, n. 11	V. 703; 704; 922

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. iii	Auct. iv	Auct. v	Liber recept. auct. vi	Bulaeus
Jun. 23	Jacobus Houck	Angl. (Alem.)	237, 49; 821			503, 15, n. 3	922
Oct. 11	Nicolaus Bucy	[?]	249, 5; 821			507, 17, n. 3	
Dec. 16	Johannes Fanushi	Gall.	255, 4; 822			508, 32, n. 6	V. 922
1474 Mar. 24	Dionysius Sabrevois	Gall.	265, 37; 822			512, 4, n. 7	V. 922
Jun. 23	Johannes Scriptoris de Bÿren	Angl. (Alem.)	276, 50; 822			512, 8, n. 10	V. 922
Oct. 11	Petrus Fabri	Pic.	284, 11; 822			515, 41, n. 4	V. 923
Dec. 16	Cornelius Oudendijck	Angl. (Alem.)	288, 34; 822			516, 41, n. 7	V. 717; 923
1475 Feb. 3	Radulphus de Montfiket	Norm.	291, 34; 822			517, 18, n. 3	V. 717; 923
Jun. 23	Johannes Colini	Gall.	305, 5; 822			521, 8, n. 2	V. 721; 923
Oct. 11	Guillelmus Rendu	Pic.	312, 9; 822			524, 21, n. 6	V. 923
Dec. 16	Nicasius Vergeloys	Pic.	315, 31; 822.			525, 20, n. 1	V. 923
1476 Mar. 25	Johannes de Irlandia	Angl. (Alem.)	321, 29; 822	467		532, 11, n. 6	V. 923
Jun. [22/23]	Johannes Asperi	Gall.	328, 5; 822	8, 22; 467		532, 27, n. 8	V. 923
Oct. 10	Jacobus Baclir	Pic.	333, 26; 822	19, 23; 467		535, 8, n. 2	V. 723; 923
Dec. 16	Johannes Gambier	Norm.	342, 39; 822	35, 46; 467		537, 7, n. 2	V. 725; 923
1477 Mar. 24	Nicolaus de la Harmant	Gall.	352, 19; 822	60, 7; 467		543, 27, n. 6	V. 726; 923
[Julii 6]	Gervasius Meneri	Norm.	359, 16, n. 1; 822	cf. 73, n. 1; 467		544, 11, n. 9	V. 727; 923
Oct. 10	Johannes Freschew	Norm.	366, 7; 822	79, 23; 467		546, 18, n. 5	V. 727; 923
1478 Jan. 5	Johannes Cordier	Pic.	376, 22; 822	97, 44; 467		547, 27, n. 2	V. 728; 923
Mar. [6/13]	Guillelmus de Curis	Norm.	385, 20; 822	115, 13; 467		551, 21, n. 3	V. 923
Jun. [22/23]	Petrus Dowian	Gall.	393, 23; 822	143, 15; 467		551, 38, n. 6	V. 923

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. III	Auct. IV	Auct. V	Liber recept. auct. VI	Bulaeus
Oct. 10	Johannes de Martigniaco	Gall.	400, 7; 822	154, 43; 467		555, 22, n. 2	V. 732; 923
Dec. 16	Nicolaus Columbi	Norm.	405, 31; 822	170, 12; 467		557, 3, n. 1	V. 733; 923
1479 Mar. 24	Cornelius Oudendijck	Angl. (Alem.)	414, 48; 822	183, 14; 467		561, 5, n. 1	V. 733; 923
Jun. 23	Martinus Johannis de Delft	Angl. (Alem.)	423, 35; 822	205, 15; 467		561, 22, n. 3	V. 734; 923
Oct. 11	Robertus de Romeaux	Pic.	427, 31; 822	213, 31; 467		566, 8, n. 8	V. 923
Dec. 16	Johannes Nolant	Norm.	431, 24; 822	222, 15; 467			V. 923
1480 Mar. 24	Dionysius Alligret	Gall.	439, 22; 822	467			V. 737; 923
Jun. [22/23]	Mathias Kolbe	Angl. (Alem.)	446, 12; 822.	248, 14; 467			V. 923
Oct. 10	Guillelmus Gionis	Gall.	453, 30, n. 2; 822	261, 10; 467		567, 23, n. 3	V. 923
Dec. 16	Guillelmus Brisset	Pic.	458, 18; 822	267, 16; 467		569, 3, n. 2	V. 923
1481 Mar. 24	Nicolaus Murdrac	Norm.	468, 23; 822	284, 44; 467		571, 29, n. 6	V. 923
Jun. 23	Johannes de Monasterio	Norm.	477, 28; 822	307, 1; 467		571, 30, n. 7	V. 741; 923
Oct. 10	Eligius de Vangermes	Pic.	483, 6; 822	317, 24; 467		576, 26, n. 4	V. 743; 923
Dec. 17	Renatus d'Illiers	Gall.	488, 46; 823	326, 15; 467		579, 2, n. 2	V. 743; 923
1482 Mar. [23/24]	Johannes Simonis	Gall.	497, 1; 823	347, 26; 467		584, 8, n. 10	V. 923
Jun. 22	Richardus Murray	Angl. (Alem.)	504, 18; 823	365, 20; 467		584, 12, n. 11	V. 923
Oct. 10	Johannes Sudoris	Norm.	511, 12; 823	378, 42; 467		586, 1, n. 5	V. 923
Dec. [11/16]	Johannes Bernardi	[Angl. (Alem.)]	515, 15, n. 2; 823	391, 5; 467		587, n. 3	V. 923
	Johannes Citharedi	Norm.		391, 2;		587, 29, n. 3	
1483 Mar. 20	Ludovicus de Viliers	Pic.	524, 9; 823	409, 1; 467		594, 33 n. 8	V. 755; 904; 923
Jun. [23/24]	Stephanus Bonet	Gall.	528, 42; 823	428, 27; 467		595, 16, n. 1	V. 923
Oct. 10	Robertus Lalonge	Norm.	534, 3; 823	441, 7; 467		596, 41, n. 5	V. 923
Dec. 16	Thomas Ruscher	Angl. (Alem.)	538, 16; 823	450, 36; 467		598, 26, n. 4	V. 761; 923

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. iii	Auct. iv	Auct. v	Liber Auct. vi recept.	Bulaeus
1484 Mar. 23	Petrus Belesor	Gall.	547, 4; 823			605, 26, n. 5	V. 761; 923
Jun. 23 .	Petrus Folioti	Norm.	553, 5; 823			607, 18, n. 3	V. 763; 923
Oct. 11	Petrus Domille	Pic.	559, 15; 823			609, 34, n. 3	V. 923
Dec. 16	Johannes Guimade	Gall.	563, 21; 823			611, 14, n. 3	V. 923
1485 Mar. 24	Johannes Hellam	Pic.	572, 2; 823			616, 30, n. 7	V. 923
Jun. 24	Johannes Citharedi	Norm.	579, 26; 823			617, 26, n. 2	V. 923
Oct. 10	Johannes Molitoris	Angl. (Alem.)				623, 24, n. 1	
Dec. 16	Johannes Standon	Pic.	594, 16; 823			624, 30, n. 5	V. 769; 923
1486 Mar. 17	Nicolaus Burgensis	Gall.	603, 16; 823			631, 2, n. 1	V. 923
Jun. 23	Johannes Militis	Norm.	610, 36; 823			632, 9, n. 5	V. 923
Oct. 10	Petrus Gouis	Pic.	617, 31; 823			634, 39, n. 9	V. 771; 923
Dec. 16	Aegidius Delft	Angl. (Alem.)	623, 7; 823			636, 24, n. 3	V. 923
1487 Mar. 24	Bertrandus Pegouch	Pic.	632, 31; 823			643, 35, n. 4	V. 775; 923
Jun. 23	Gaufridus Bouchart	Gall.	640, 21; 823			644, 15, n. 8	V. 776; 874; 923
Oct. 10	[Stephanus] Aroud	[Norm.]	650, 24; 823			646, 10, n. 4	
Dec. 17	Stephanus Martini de [Thin]	Angl. (Alem.)	657, 29; 824			648, 27, n. 3	V. 777; 923
1488 Mar. 23	Nicolaus Parmentier	Pic.	670, 20; 824			655, 30, n. 5	V. 778; 923
Jun. 23	Petrus Mesnart	Gall.	676, 35; 824			656, 8, n. 6	V. 780; 923
Oct. 10	[Alanus Potier]	Norm.	684, 29; 824			658, 25, n. 6	V. 781; 923
Dec. 15	Petrus Merceri	[Gall.]	689, 19; 824			660, 18, n. 2	V. 923
1489 Mar. 24	Robertus de Bellefaye	Gall.	696, 44; 824			667, 16, n. 2	V. 792; 923
Jun. 23	Johannes Lantman	Angl. (Alem.)	706, 8; 824			668, 30, n. 6	V. 792; 923

Dies electionis	Nomen	Natio	Auct. III	Auct. IV	Auct. V	Liber recept. auct. VI	Bulaeus
Oct. 10	Philippus Gilboel	Pic.	716, 1; 824			671, 12, n. 2	V. 793; 923
Dec. 16	Johannes de Campis	Pic.	722, 20; 824			671, 20, n. 5	V. 793; 923
1490 Mar. 24	Johannes Pardo	Gall.	730, 30; 824			679, 6, n. 2	V. 793; 923
Julii 23	Christianus Foliot	Norm.	736, 45; 824			679, 31, n. 5	V. 793; 923
Nov. 20	Antonius de Vorse	Pic.	743, 43; 824			683, 24, n. 1	V. 794; 923
Dec. 15	Petrus Tartereti	Angl. (Alem.)	745, 38; 824			683, 34, n. 4	V. 794; 923
1491 Mar. 24	Carolus de Gouda	Gall.	756, 14; 824			692, 31; n. 7	V. 793; 923
Jun. 24.	[Guillelmus Cappel]	Gall.	766, 33; 824			694, 14, n. 4	V. 795; 924
Oct. 10	Henricus Probihominis	Norm.	775, 40; 824			698, 33, n. 13	V. 924
1492 Feb. ?	Claudius de Hanges	Pic.	787, 20; 824			701, 32, n. 4	V. 808; 870; 924
Mar. 24	[Simon du Gast]	Norm.	791, 14; 824			708, 17, n. 5	V. 809; 924
Jun. 19	Bernardus Roillet	Gall.	798, 30, n. 7; 824			708, 41, n. 7	V. 809; 924
Oct. 10	Carolus [de Gouda]	[?]	807, 26; 824			712, 5, n. 4	V. 924
Dec. 15	Michael Pavie	[Pic.]	819, 11; 824			713, 17, n. 3	V. 810; 924
1493 [Mar. 24]	Dionysius de la Hussaii	[Norm.]				718, 16, n. 9	
Jun. [23]	Johannes Rivole	Gall.				720, 6, n. 5	V. 810; 899; 924
[Oct. 10]	Robertus Torotte	[Pic.]				729, 19, n. 4	
[Dec. 16]	Cornelius Theodorici de Delft	Angl. (Alem.)				731, 41, n. 6	
1494 [Mar. 23]	Johannes Clerc	[?]				742, 14, n. 4	
[Jun. 23]	Johannes Morin	[Gall.]				742, 41, n. 5	
[Oct. 10]	Johannes Gaisser	Angl. (Alem.)				625, n. 5	
[Dec.]	Robertus Hasteville					Arch. Sorb. 91, fol. 3r	

VII. DE MUNERE ET OBLIGATIONIBUS RECEPTORUM NATIONIS ET EORUM FIDEJUSSORIBUS

Ut intelligatur receptoris officium, necesse est pauca de officio procuratoris praedicere. Ab ipsa Universitatis origine penes procuratores erat res nationis pecuniarias tractare. Annis 1219 [1] et 1237 [2] portiones expensarum injungentes et thesaurarii leguntur, quae munera postea receptori Universitatis vel ipsi rectori incumbebant. Secundum nationis statuta 16 Feb., 1252, procuratoris erat bursas tres, Universitati, nationi, bedellis debitas, a baccalareis accipere [3].

Patet igitur quam simillimi Parisienses procuratores Oxoniensibus essent, qui antequam officiarii facti sunt juraverunt se computos veraces reddituros neque ab Universitate decessuros, receptis et misiis ad superiores non ostensis [4].

Mediante vero saeculo quartodecimo, res nationis nummariae aliis officiariis, scilicet receptoribus, curae fieri incipiebant, qui, sicut massarii Universitatis Bononiensis, propria habebant sigilla, proprias scribebant relationes, vadimonia praebebant [5].

Receptorem praecedebat in natione solus procurator [6], qui quasi praeses nationis reputabatur et ejus personam in congregationibus et actibus tam facultatis Artium quam Universitatis gerebat.

Ex procuratorum officiis exorta sunt receptorum. De « receptore nationis » agitur in statutis nationis Picardorum mense Maii 1329, in festo S. Remigii electo [7], in natione Gallicana anno 1341, quando bursas ex licentiatis collegit [8], in natione Anglicana (Alemanniae) prima *Libri procuratoris* pagina, scilicet de Petro de Veteri Campo, anno 1332 electo et computum 12 Jan. 1333 reddente [9].

Officia, obligationes, privilegia receptorum in statutis et relationibus facultatis Artium et nationis saeculis XIII-XV patefacta sunt :

1252, ante 16 Febr. (de baccalareis).	Statuta nationis [10].
1252, 16 Febr. (de baccalareis).	Statuta nationis [11].

De rebus pecuniariis administrandis varia inveniri possunt :

1259, Jan. (de cautionibus a baccalareis acceptis).	Statuta facultatis Artium [12].
1275, 5 Dec. (de determinantibus, baccalareis, magistris).	Statuta facultatis Artium [13].

1. *Chart. Univ. Paris.*, I, 89, nº 31.
2. *Ibid.*, 162, nº 116.
3. *Ibid.*, 230, nº 202.
4. H. Anstey, ed., *Munimenta Academica, or Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford* (Rerum Britannicarum Medii Aevi Scriptores, the Rolls Series, no. 50), London, 1868, I, 10.
5. P. Kibre, *The Nations in the Mediaeval Universities* (Mediaeval Academy of America Publication no. 49), Cambridge, Mass., 1948, 56-57; C. Malagola, *Statuti delle Università e dei Collegi dello Studio Bolognese*, Bologna, 1888, 19-20, 72-75, 185.
6. Boyce, *op. cit.*, 53; Kibre, *op. cit.*, 78-79.
7. *Chart. Univ. Paris.*, II, 323, nº 890.
8. *Ibid.*, 520, nº 1054.
9. *Auct.* I, 13, 23-31.
10. *Chart. Univ. Paris.*, I, 227, nº 201.
11. *Ibid.*, 230, nº 202.
12. *Ibid.*, 376, nº 328.
13. *Ibid.*, 530, nº 461.

1280, circa (de juramentis incipientium).	Statuta facultatis Artium [1].
1288, 2 Sept. (de receptis refusis).	Statuta nationis [2].
1332, 28 Febr.-1333, 19 Jun. (de electione officialiorum).	Statuta nationis [3].
1342, 14 Jun. (de arca nationis).	Statuta nationis [4].
1345, 11 Jun. (de solutione floreni per incipientes).	Statuta nationis [5].
1346, 4 Jun. (de vadiis a receptore collectis).	Statuta nationis [6].
1347, (de juramentis receptoris et aliis rebus redimendis).	Statuta facultatis Artium [7].
1347, (de vadiis redemptis).	
1378, 21 Sept. (de officio receptoris).	Statuta nationis [8].
1405, 21 Sept. (de electione receptoris).	Statuta nationis [9].
1423, 15, 17, 18, Apr. (de officiis receptoris).	Statuta nationis [10].
	Statuta nationis [11].
1428, post 15 Aug. (de statutis modificandis).	Statuta nationis [12].
1452, (de reformatione a Guillelmo de Estoutevilla facta).	Statuta Universitatis [13].
1455, (de bursis solvendis).	Statuta nationis [14].
1459, (de solutionibus a magistris regentibus debitis).	Statuta facultatis Artium [15].
1461, (de studentium examinationibus).	Statuta facultatis Artium [16].

Horum statutorum mentio quandoque fit in *Libro receptorum* et de pecunia scribis data qui statuta in libris nationis scripserunt; v. g. receptor anno 1428 2 solidos « pro scriptura statutorum tangencium bedellos » solvit [17] et anno 1452 natio jussit reformationem a Guillelmo de Estoutevilla factam inregistrari, solidos 22 pro exscriptione solvendo, 4 pro pergameno [18].

Receptores usque ad annum 1473 de more 21 Sept., festo Sancti Mathei, eligebantur, ab anno 1476 die 21 Sept. [19], vigilia ejusdem festi, raro proximis diebus, exempli gratia, Cornelius Delft 19 Sept., 1489 et Andreas Tendel 13 Sept., 1490 [20].

Secundum statuta 1378, receptori Parisiis abeunti vel officium resignanti non licuit

1. *Ibid.*, 586, nº 501.
2. *Chart. Univ. Paris.*, II, 21, nº 549.
3. *Ibid.*, 405, nº 955.
4. *Ibid.*, 527, nº 1061.
5. *Auct.* I, 84-85.
6. *Ibid.*, 97, 8-21.
7. *Chart. Univ. Paris.*, II, 672, nº 1185.
8. *Auct.* I, 105, 14; 106, 24-30.
9. *Ibid.*, 561, 6-40.
10. *Ibid.*, 906, 1-15.
11. *Auct*, II, 296-300.
12. *Ibid.*, 386-388.
13. *Chart. Univ. Paris.* IV, 713, nº 2690.
14. Paris : *Arch. Sorb., Carton 14*, D. 29 (G. 6).
15. *Ibid.*, D. 30 (G. 7).
16. *Auct.* II, 935-939.
17. *Auct.* VI, 16, 27, n. 7.
18. *Ibid.*, 221, 36, 37, n. 5.
19. *Ibid.*, 534, 6, 14-15.
20. *Ibid.*, 669, 1, 8-9; *Auct.* III, 713, 35-37; 738, 36-38.

alium sibi substituere sed nationem certiorem reddere debuit, cujus erat substitutum providere qui officium exerceret donec rediret receptor vel usque ad annum finitum [1].

Receptoria annualis fuit, procuratoria unius mensis, rectoria trimensualis, juxta Aristotelis praeceptum, in *Politica* statuentis honores, quantum fieri potest, breves debere esse [2]. Receptoris enim saepe erat negotia difficilia et longaeva tractare, venditiones nempe, domuum reparationes, pecunias et accomodatas et diu a nationis suppositis debitas, caeteraque ejusmodi. Qua de re non raro in officio continuatus est receptor.

Die electionis vel continuationis receptores juramentum praestabant se officium fideliter exsecuturos; eodem die receptor emeritus computum seu officii peracti rationem reddidit [3].

Computum saeculo decimo quinto reddidit receptor bis in anno, natione « ad audiendum computum » congregata, scilicet circa festum Paschae et quando receptor officio defunctus est vel in eo continuatus. Prior computus redditus est April. 15, 1426 [4] Maio 14, 1430 [5]; April. 4, 1432 [6]; Mart. 21, 1433 [7]; Jun. 13, 1434 [8]; Mart. 18, 1436 [9]; Maio 23, 1437 [10]; Maio 4, 1438 [11]; Maio 5, 1446 [12]; Maio 23, 1447 [13]; April. 29, 1448 [14]; April. 5, 1449 [15]; April. 2, 1452 [16]; Mart. 18, 1456 [17]; quandoque serius, ut Jul. 1, 1436 [18]; Aug. 26, 1441 [19]; Jul. 10, 1445 [20]; Aug. 2, 1451 [21]; Aug. 6, 1453 [22]; quandoque omissus est eo quod nihil erat referendum, ut Jan. 9, 1442, quo tamen die frigido natio ad tabernam de more ivit [23].

Fidejussorem die electionis suae receptor tenebatur nationi praesentare, qui praecaveret de pecuniis recipiendis quas receptor speravit se durante officio recepturum. Fidejussores se a viginti ad ducentas libras obligaverunt. Fidejussores exeunte mense Decembris vel ineunte Januarii de more praesentabantur; suum vero obtulit 2 Oct. 1487 Petrus Tartareti [24], suum 21 Nov. 1476 Matthias Kolbe [25].

Fidejussores negotiatores fama digni et noti Parisienses erant, ut Petrus Nulli, Dec., 1471 [26] et Johannes Harderwigt anno 1482, cognatus Thomae de Hardervich [27]. Apothecarii post annum 1470 saepius fidejussores praesentabantur, anonymus quidam anno 1470 [28], Alpo quidam 1476 pro Petro Tartareti [29]. Sempiternus fere fidejussor erat Guillelmus Berault, apothecarius in vico Sancti Jacobi degens, qui se annis 1473, 1476, 1481, 1485,

1. *Auct.* I, 561, 27-40.
2. Kibre, *op. cit.*, 72.
3. *Chart. Univ. Paris.* II, 670, nº 1184. Receptor nationis Picardiae secundum Statutum ejusdem nationis anno 1373 promulgatum ter in anno coram natione computum reddere tenebatur, « videlicet in medio Quadragesime, ultima die ordinarie legibili ante festum apostolorum Petri et Pauli, et tertio die ordinarie legibili post festum Remigii » (*Ibid.*, III, 210, nº 1384).
4. *Auct.* VI, 10, 31.
5. *Ibid.*, 42, 6.
6. *Ibid.*, 55, 30.
7. *Ibid.*, 59, 10.
8. *Ibid.*, 66, 30.
9. *Ibid.*, 72, 43.
10. *Ibid.*, 81, 21.
11. *Ibid.*, 89, 1.
12. *Ibid.*, 133, 29.
13. *Ibid.*, 145, 43.
14. *Ibid.*, 156, 31.
15. *Ibid.*, 173, 33.
16. *Ibid.*, 220, 35.
17. *Ibid.*, 275, 18.
18. *Ibid.*, 48, 35.
19. *Ibid.*, 98, 45.
20. *Ibid.*, 125, 43.
21. *Ibid.*, 208, 35.
22. *Ibid.*, 240, 32.
23. *Ibid.*, 102, 37-39.
24. *Auct.* III, 648, 43-649, 19.
25. *Auct.* VI, 535, 20, n. 5.
26. *Ibid.*, 472, n. 10; *Auct.* III, 162, 8, n. 6.
27. *Auct.* III, 515, 23-25.
28. *Ibid.*, 132, 6.
29. *Auct.* VI, 536, n. 5.

1488 obligavit ab 100 ad 200 libras[1]. Quandoque fidejussores erant magistri et bedelli aliarum nationum, ut magister Michael Francisci, Normannus, anno 1429[2], et Ambrosius, nationis Gallicanae bedellus, anno 1478[3].

Receptori, si fidejussorum idoneum non obtinuerat, licebat librum in vadium tradere; Johannes Johannis 15 Jun. 1428 tradidit « commentum librorum *De animalibus* secundum doctrinam domini Alberti Magni[4] ». Quando receptor debita nationi non solverat, fidejussores monebat natio ut sibi satisfacerent[5]; videsis causam Andreae Tendel, Scoti, anno 1492 Parisiis recedentis[6]. Receptor, quando rationem de receptis reddere non potuit et debitor mansit, « respondum » designebat; eo pacto Galterus de Wervia anno 1451 Johannem de Martigniaco nominavit[7].

Elenchum receptorum prodit *Liber receptorum* pleniorem quam elenchos in voluminibus praecedentibus *Auctarii* exaratos[8].

VIII. ELENCHUS RECEPTORUM NATIONIS ANGLICANAE (ALEMANNIAE) 1425-1483

Dies Electionis	Nomen et diocesis	Liber recept. auct VI.	Auct. II
1425 Sept. 21	Johannes Johannis, alias Reyneri, de Leydis, d. Trajectensis	I, 3, n. 1	332, 29
1426 Sept. 21	Jacobus Petri de Roda, d. Aboensis	II, 20, n. 2	353, 3
1427 Sept. 21	Bernadus de Emeda, d. Monasteriensis	20, 8	—
1428 Aug. 4	Substitutus : Rogerus de Edinburgh, d. Sancti Andreae	27, II, n. 2	385, 13
1428 Sept. 21	Rogerus de Edinburgh, d. Sancti Andreae	29, 18	390, 3
1429 Sept. 21	Continuatus in receptorem : Rogerus de Edinburgh, d. Sancti Andreae	37, 10	418, 20
1429 Dec. 9	Substitutus : Albertus Vorden de Campis, d. Trajectensis	38, 10	425, 37

1. *Ibid.*, 499, n. 1; 517, n. 1; 525, n. 2; 533, 27, n. 1; 578, n. 5; 611, n. 5; 649, 32.
2. *Auct.* II, 427, 34.
3. *Auct.* VI, 563, 24, n. 4.
4. *Ibid.*, 25, 24-25.
5. *Auct.* III, 814, 3-9.
6. *Auct.* VI, 626, 21, n. 11.
7. *Ibid.*, 209, 1-4.
8. Elenchi receptorum, v. *Auct.* I, Introd., XXIII-XXIV, pro annis 1333-1406; *Auct.* II, 997-998 : 1406-1465; *Auct.* III, 831-832 : 1465-1493; *Auct.* IV, 471-472 : 1475-1483; *Auct.* V, 732 : 1443-1456.

Dies electionis	Nomen et diocesis	Liber recept. auct. vi	Auct. ii
1430 Sept. 21	Petrus de Gouda, natus de Leydis, d. Trajectensis	44, 2	438, 41
1431 Sept. 12	Substitutus : Conradus Setzendran, alias Wild, d. Salzburgensis	49, 25	—
1431 Sept. 20/21	Martinus Bereck de Hungaria, d. [?]	52, 19	458, 18
1432 Sept. 21	Conradus Setzendran, alias Wild, d. Salzburgensis	57, 35	466, 18
1433 Mar. 28	Substitutus inofficialis : Albertus Vorden de Campis d. Trajectensis	60, 20	469, 40
1433 Sept. 21	Albertus Vorden de Campis, d. Trajectensis	64, 3	473, 11
1434 Sept. 21	Olavus Magni, d. Aboensis	68, 23	478, 36
1435 Sept. 21	Albertus Vorden de Campis, d. Trajectensis	71, 41	482, 4
1436 Sept. 24	Robertus Esschinc de Zwollis, d. Trajectensis	77, 11	489, 18
1437 Sept. 21	Albertus Vorden de Campis, d. Trajectensis	83, 32	498, 40
1439 Maii 20	Jacobus Winthorst de Hamborch de Saxonia, d. Bremensis	92, 9	—
1440 Jan. 13	Johannes Bonrode de Lubech, d. Lubicensis	92, 35	cf. 511, 23s
1440 ca. Maii 9	Jacobus Winthorst de Hamborch de Saxonia, d. Bremensis	95, 8	cf. 512, 1
1441 Aug. 26	Jacobus Winthorst de Hamborch de Saxonia, d. Bremensis	98, 23	—
1441 Oct. 21	Albertus Scriptoris, d. Trajectensis	101, 19	526, 9
1441 Dec. 16	Jacobus Winthorst de Hamborch de Saxonia, d. Bremensis	102, 29	531, 2
1442 Mar. 10	Albertus Scriptoris, d. Trajectensis	103, 7	539, 6
1442 Sept. 21	Arnoldus Zomeren, alias Bernardi, d. Trajectensis	104, 33	544, 25
1443 Sept. 21	Johannes Dorlo de Trajecto, d. Trajectensis	108, 20	—
1444 Sept. 21	Continuatus in receptorem : Johannes Dorlo de Trajecto,	115, 15	596, 9

Dies electionis	Nomen et diocesis	Liber recept. auct. VI	Auct. II
	d. Trajectensis		
1445	Substitutus :		
Julii 10	Jacobus Nicolai de Gouda,	126, 1	cf. 620, 10
	d. Trajectensis		
1445	Albertus Scriptoris,	128, 30	622, 32
Sept. 21	d. Trajectensis		
1446	Jacobus Nicolai de Gouda,	137, 4	666, 25
Sept. 21	d. Trajectensis		
1447	Lambertus Schout de Arnheim,	149, 30	695, 45
Sept. 21	d. Trajectensis		
1448	Johannes de Palatio de Daventria,	167, 30	741, 34
Sept. 21	d. Trajectensis		
1449	Telmannus Nicolai de Gouda,	182, 9	777, 4
Sept. 21	d. Trajectensis		
1450	Galterus de Wervia,	194, 24	818, 21
Sept. 21/22	d. Trajectensis		
1451	Substitutus :	210, 37, n. 6	860, 9
Aug.	Jacobus Gray,		
	d. Sancti Andreae		
1451	Jacobus Gray,	212, 2	862, 26
Sept. 21	d. Sancti Andreae		
1452	Johannes Petri de Malmogia,	224, 11	cf. 896, 20
Sept. 21	d. Othoniensis		
1453	Substitutus :		
Aug. 6	Johannes Kennedy,	240, 47	cf. 901, 19
	d. Glasguensis		
1453	Johannes Kennedy,	242, 34	cf. 901, 29
Sept. 21	d. Glasguensis		
1454	Substitutus :		
Sept. 11	Victorinus Simonis Milewsky de Toenna,	256, 2	cf. 904, 23
	d. Pragensis		
1454	Victorinus Simonis Milewsky de Toenna,	256, 29	cf. 904, 29
Sept. 21	d. Pragensis		
1455	Petrus Steinbach de Vallemasonis, alias de		
Sept. 21	Masmunster,	267, 34	cf. 907, 39
	d. Basiliensis		
1456	Goswinus Hattem de Campis,	281, 38	cf. 913, 17
Sept. 21	d. Trajectensis		
1457	Galterus de Wervia,	297, 13	cf. 917, 13
Sept. 21	d. Trajectensis		
1458	Johannes Heynlyn de Lapide, vel de	309, 2	cf. 921, 36
Sept. 21	Stein		
	d. Spirensis		
1459	Johannes de Lyle,	322, 18; 324, 20	cf. 926, 28
Sept. 21	d. Sancti Andreae		

Dies electionis	Nomen et diocesis	Liber recept. auct. vi	Auct. ii
1460 Sept. 21	Gerardus Nicolai de Leydis, d. Trajectensis	341, 21	cf. 931, 36
1461 Sept. 21	Florentius de Nord de Leydis, d. Trajectensis	355, 15	cf. 942, 11
1462 [Sept. 21]	David Archas, d. Sancti Andreae	369, 3	cf. 945, 35, n. 6
1463 Sept. 21	Leonardus Hemerlyn de Constancia, d. Constantiensis	379, 44	cf. 949, 12
1464 Julii	Substitutus : Johannes Winterling de Rottenburg d. Constantiensis	391, 19	cf. 954, 7
1464 Sept. 22	Johannes de Irlandia, d. Sancti Andreae	392, 35	cf. 954, 28
1465 Sept. 21	Gerardus Hoeft de Novimagio, d. Coloniensis	405, 27	966, 7
			Auct. iii
1466 Sept. 21	Gerardus Scivelcamp de Monte Domini, d. Trajectensis	422, 34	15, 25
1467 Sept. 21	Reynerus Hanegreve de Campis, d. Trajectensis	436, 28	cf. 55, n. 2
1468 Sept. 21/22	Abraham Alberti de Haerlem, d. Trajectensis	446, 14	94, 31
1469 Sept. 21	Petrus Wagner vel Cesaris [de Svebissen], d. Posnaniensis	458, 14	124, 22, n. 3
1470 Sept. 21	Cornelius Oudendijck de Rotterdam, d. Trajectensis	470, 30	151, 48
1471 Sept. 21	Johannes Scriptoris de Bÿren, alias de Ulma d. Augustensis	483, 13	181, 20, n. 1
1472 Sept. 21	Gerardus Oudewater de Traiecto, d. Trajectensis	495, 20	215, 11
1473 Sept. 21	Robertus Dallaquhy, d. Moraviensis	506, 47	245, 8
1474 Sept. 21	Zeno Petri de Campis, d. Trajectensis	515, 23	282, 11
1475 Sept. 21	Jacobus de Rupe, d. Leodiensis	523, 44	309, 14
1476 Sept. 21	Matthias Kolbe de Svebissen, d. Posnaniensis	534, 18	330, 41
1477 Sept. 20	Henricus Elephantis, d. Sancti Andreae	545, 38	362, 47
1478 Sept. 19/20	Martinus Johannis de Delft, d. Trajectensis	555, 12	397, 17
1479 Sept. 20/21	Petrus Wagner vel Cesaris [de Svebissen], d. Posnaniensis	564, 15	425, 27
1480 Sept. 20/22	Zeno Petri de Campis, d. Trajectensis	567, 12, n. 1	450, 39

Dies electionis	Nomen et diocesis	Liber recept. auct. VI	auct. III
1481 Sept. 20	Thomas Ruscher de [Gomundia], d. Augustensis	576, 15	481, 46
1482 Sept. 20	Ruricus Wolfhardi Kenniken de Herderwick, d. Trajectensis	585, 26	507, 33
1483 Aprilis 10	Substitutus : Zeno Petri de Campis, d. Trajectensis	592, 34, n. 5	526, 1
1483 Sept. 20	Johannes Lantman de Ysnina, d. Constantiensis	596, 23	532, 14
1484 Julii 1	Substitutus : Petrus Wagner vel Cesaris [de Svebissen], d. Posnaniensis	606, 38	553, n. 1
1484 Sept. 20	Petrus Holtzrůtÿ de Mellingen, d. Constantiensis	609, 13	555, 38
1485 Post Mar. 2	Substitutus : Georgius Holtzrůtÿ de Mellingen, d. Constantiensis	614, 24	—
1485 Sept. 20	Petrus Wagner vel Cesaris [de Svebissen], d. Posnaniensis	622, 2	587, 37
1486 Sept. 20	Johannes Harvey, d. Aberdonensis	633, 20	615, 40
1487 Sept. 20	Petrus Tartereti, d. Lausanensis	645, 30	645, 45
1488 Sept. 20	Gerardus Militis de Ruremundia, d. Leodiensis	657, 40	682, 41
1489 Sept. 19	Cornelius Theodorici de Delft, d. Trajectensis	669, 13	713, 37
1490 Sept. 20/13	Andreas Tendal, d. Sancti Andreae	680, 42	738, 37
1491 Sept. 20	Johannes Gaisser alias Caper de Viridi Rivo, d. Augustensis	695, 30	771, 37
1492 Sept. 20	Simon Doleatoris de Allensteyn, d. Warmiensis	710, 26	803, 13
1492 Sept. 20	Georgius [Guillelmi] Noortych, d. Trajectensis	728, 27	832, in Elencho

IX. DE BURSARUM NATURA ET DE EARUM SOLUTIONE

Elementum quo taxabantur contributiones pecuniae pro determinantia, licentia, et inceptione et ad alia cuilibet scholari faciendae bursa fuit, « summa pecuniae, quam quis per septimanam juxta suam facultatem pro suo victu expendere potuit[1] », ita ut

1. *Auct.* I, Introd., XLV.

ipsae contributiones bursae nominarentur et quo quis ditior esset et plus pro ordinariis expensis impendere posset, eo ampliores bursas solverent. Quanta vero esset bursa quemlibet scholarem sub juramento oportuit testaretur, nam juxta *articulos quos jurare tenentur domini determinantes* in facultate Artium anno 1350 latos est ille : « Item, dicetis quantitatem burse vestre fideliter, sine dolo, computando omnia ordinarie consumpta ac exposita in bursa, duntaxat locagio hospicii et sallario famuli exclusis [1] ».

A. Determinantes.

De bursis ut elemento quo scholarium contributiones taxarentur anno 1252 primo agebatur, quando a natione statutum est determinanti, scholari scilicet qui ad baccalareatum adipiscendum se Quadragesima praeparabat, determinandi licentiam non largiendam esse antequam bursam « ad opus Universitatis persolverit et ad opus nascionis aliam », a temptatoribus colligendas [2]. Eodem anno « bachellarius in artibus inceptus » tres bursas procuratori et bedello unam solvere debuit : « Dabit tres bursas, unam Universitati, aliam nascioni, tertiam bedellis, quas solvet procuratori sue nascionis. Dabit bedello sue nascionis bursam unam vel valorem unius burse [3]. »

Anno 1350 procurator retulit receptorem computum suum reddidisse « de omnibus receptis suis, ...tam pro bursis rectoris, luminari Beate Virginis, pro bedellis et scolis [4] »; anno 1425 « quilibet determinans solvet nacioni quinque bursas et pro scolis proporcionaliter [5] ».

« Debita bursarum » solvenda erant antequam determinans Quadragesima disputare inciperet [6], plerumque ante festum Purificationis [7]. Bursarum taxatio « plena natione [8] », coram procuratore, temptatoribus, magistris et bedello, [9] plerumque de more mense Februarii[10] fiebat.

Quandoque, ut Mar. 6, 1432, determinans supplicavit « ut minoraretur bursa ipsius solvenda »[11]; anno 1468 magister Johannes de Lapide a natione impetravit ut « uni parvo porcianti » bursa sex solidorum ad quinque relaxaretur « propter sui paupertatem[12] ». Ut bursae augerentur nonnumquam petitum est, ut anno 1481, quando magister Johannes Bracht « supplicuit ut baccalarius nuper receptus de Alemania cogeretur majores bursas solvere » et natio dixit ut examinatores, re perspecta, « si non satisfecerit, deberent eum ad majora taxare[13] ». Mar. 24, 1452, natio annuit ipsi procuratori petenti ut bursarum cujusdam solutio differretur, quia « se debitorem principalem et totalem nacioni constituit[14] ».

Si scholaris bursas ob paupertatem solvere nequiverit, et natio aut remissionem aut dilationem concedebat, et verba « spacium » seu « terminum solucionis » scripsit receptor [15]

1. *Chart. Univ. Paris.* II, 673, n° 1185 (4).
2. *Chart. Univ. Paris.* I, 229, n° 201.
3. *Ibid.*, 230-231, n° 202.
4. *Auct.* I, 142, 34-39.
5. *Auct.* VI, 5, 18-22; cf. *Auct.* I, 55, 20-25; *Chart. Univ. Paris.* II, 681, 17.
6. *Auct.* VI, 93, 19-20.
7. *Auct.* II, 839, 43-840, 5.
8. *Auct.* III, 625, 11.
9. *Auct.* VI, 285, 24-27.
10. *Auct.* II, 430, 30.
11. *Ibid.*, 462, 28-30; petitioni vero natio non annuit, etsi eodem die supplicationes similes trium scholarum concessae sint (*Ibid.*, 14-28).
12. *Auct.* III, 70, 6-9.
13. *Ibid.*, 477, 38-43.
14. *Auct.* II, 878, 30-41.
15. *Ibid.*, 447, 42-48; 431, 21-23.

aut « voluit natio contentari de minori bursa [1] » aut « admisit ipsum ad bachalariatum mediante juramento paupertatis secundum formam contentam in libro procuratoris [2] »; quo in casu bursa ejus « nichil » inscribebatur [3].

De inceptore quodam anno 1446 « placuit nacioni quod haberet jurare paupertatem pro bursis tantum sed pro jucundo adventu et cappa rectoris haberet ponere vadium vel fidejussorem » et pro scholis solvere [4]; sicut quidam determinans anno 1452 « solvit pro scolis [5] ».

Interdum bursas solvit natio, ut anno 1442, quando receptor bedellis quatuor solidos exposuit pro bursis Urbani Hertsy de Hungaria et pro scolis, « qui quasi pauper admissus est [6] » aut promisso contenta fuit, uti anno 1443, cum Nicolaus de Dursten « obligavit se sub pena excommunicacionis satisfacere nacioni ...et est obligacio penes magistrum Robertum de Molendino [7] ».

Nonnumquam scholares de bursis mentiti sunt. Anno 1445 Johannes Kennedy [8], nepos Jacobi Kennedy, episcopi Sancti Andreae, et « multum bene beneficiatus », bursas suas « in specie pauperis ad iiiij solidos » taxavit quamquam « portavit secum Parisius... centum scuta et recepit de post quinquaginta scuta et viginti nobilia; nacio, nolens decipi... et ne incurreret vicium perjurii, taxavit bursas ad x solidos [9]», qua summa anno 1447 licentiatus adhuc taxatus est [10].

Determinantes receptori non modo bursas sed et pro scholis proportionaliter solvebant, easdam quidem summas anno 1425 [11] ac anno 1350 [12].

1350		1425	
bursa	*pro scholis*	*bursa*	*pro scholis*
2-3 sol.	20 sol.	—	—
4-5 sol.	30 sol.	4-5 sol.	30 sol.
6-7 sol.	40 sol.	6-7 sol.	40 sol.
8-9 sol.	50 sol.	8-9 sol.	50 sol.

Anno 1425 Petrus de Gouda, bursa ad 9 sol. taxata, 50 sol. pro scholis solvit [13]; anno 1452 Gerardus Redinghem, bursa ad 4 sol. taxata, 1 lib. 10 sol. seu 30 sol. solvit [14]. Pauperes, etsi ad nihil taxati, ad minus 20 sol. pro scholis nihilominus solvebant [15]. Postea solutiones pro scholis, quamquam non semper explicite indicatae sunt, nonnunquam in summa quae in determinatione soluta est includebantur, ut anno 1474, quando Andreas Dalman

1. *Ibid.*, 431, 23-24, anno 1430.
2. *Ibid.*, 448, 3-12.
3. *Auct.* VI, 13, 2.
4. *Auct.* II, 654, 15-27.
5. *Auct.* VI, 217, 4.
6. *Ibid.*, 105, 30-33.
7. *Ibid.*, 106, 16-23.
8. Vide *Indicem*, 796, col. 2.
9. *Ibid.*, 119, 36-120, 21.
10. *Ibid.*, 131, 22.
11. *Ibid.*, 5, 18-22.
12. *Chart. Univ. Paris.*, II, 673, nº 1185.
13. *Auct.* VI, 6, 36.
14. *Ibid.*, 216, 40-41.
15. *Ibid.*, 217, 3-4.

nationi 2 lib. 10 sol. (seu 50 sol.) solvit [1], scilicet 20 sol. pro quinque bursas, utpote ad 4 sol. taxatus, 30 sol. pro scholis.

In *Statuto de majore severitate adhibenda ad gradus conferendos*, anno 1461 dato, praeceptum est ut « singulis annis circa festum beati Remigii » scholares cursum artium inchoare volentes procuratori 8 den. solverent ad hoc ut nomina eorum registro nationis publice conscriberentur [2]. Idem statutum, « summam antiquitus observatam » anno 1423 constitutam [3] affirmans, jussit baccalariandos bedellis occasione examinis 2 sol. solvere [4]; anno 1423 « in licentia » 2 sol. unusquisque solvit [5].

B. Incipientes.

Inceptores, scholares scilicet qui magisterium in artibus quaerebant, praeter quinque bursas « duos francos pro jucundo adventu [6] » et « octo solidos pro cappis rectoris [7] » solvebant. Anno 1426 Olavus Olavi *incipiens* pro jocundo adventu et cappis rectorum 40 sol. solvit [8]; quoniam francus 16 sol. tunc aestimabatur [9], 32 sol. seu duos francos et octo pro rectoribus solvit.

Statutum de bursis a quocumque scholari persolvendis, antequam ad gradus scholasticos admittatur, 1455 datum, sancivit ne ullus magister recenter promotus, « qui paupertatem juravit, habeat votum in natione, nec activum nec passivum, ...nisi prius satisfecerit nacioni » de bursis usitatis, id est 4 sol. pro jocundo adventu et cappa rectoris solverit. Apr. 6, 1492 decrevit natio « quod nullus de novo incipientium admitteretur nisi prius 4 solvisset solidos pro ejus primo voto » procuratori ut exinde prandium commune fieret [10].

C. Solutiones bedellis debitae.

Anno 1423 nationi placuit « quod determinantes, bachalarii, licentiati et magistri solvant sua sallaria bedellis... videlicet, in determinantia, medium francum; in bachalariatu, pro ducendo ad scolas, quatuor solidos..., in magisterio vero, pro bedellis nationis unum francum, et pro communitate bedellorum [11], in petendo *placet*, quatuor solidos cum octo denariis [12] »; quando scilicet in scholis nationis actu publico magister regens aut bedellus interrogavit utrum magistris praesentibus placeret licentiatum bonnetum magistralem accipere [13].

1. *Ibid.*, 510, 30.

2. *Auct.* II, 936, 41-937, 4.

3. *Ibid.*, 300, 17-20.

4. *Ibid.*, 937, 25-31; statutum quoque erat ut examinatores « ad nichil amplius recipiendum suis juramentis se » obligarent (*ibid.*, 32-33). Circa annum 1350 duo solidi « pro straminibus vel herba » solvebantur : *Chart. Univ. Paris.* II, 475, 8-9, n° 1012; 677, 34, n° 1185, (13); 675, 15, n° 1185, (9), ubi « iiij solidos » dandos permisit Universitas.

5. *Auct.* II, 300, 22.

6. Quondam *bejania* dicto : « pro bejanio introitus ad primam congregationem » (*Auct.* I, 302, 21-22), pro quo unum florenum, juxta statutum 1345 datum, solvit (*ibid.*, 84, 15-27; cf. Introd. xlix).

7. *Auct.* VI, 5, 24-27; cf. e.g. 373, 31-32.

8. *Ibid.*, 8, 1-2; receptor *rectorum* posuit quia quatuor rectores quolibet anno electi sunt (vide supra, xvii).

9. *Ibid.*, 129, 27, anno 1446.

10. *Auct.* II, 909, 2-9; *Auct.* III, 794, 17-22.

11. Unaquaeque natio et facultas superior, nempe medicinae, legis, et theologiae, majorem bedellum habuit (*Chart. Univ. Paris.* II, 157, n° 697.).

12. *Auct.* II, 300, 17-25; 908, 41.

13. M. Crévier, *Histoire de l'Université de Paris*, Paris, 1761, IV, 196, qui Bulaeo, V, 858, utitur; anno 1473 Gervasius, bedellus nationis Franciae, bedellis ceterarum nationum pecuniam eis ex « Placet magistrandorum » debitam tradere noluit quia ii sibi portionem sibi ex eorum receptis debitam tradere recusarent (*Auct.* III, 235, 35-236, 9).

Quam larga natio bedellis fuerit satis e *Libro receptorum* apparet, nam praeter haec « sallaria » major bedellus unam bursam et subbedellus mediam bursam acceperunt quando baccalareus licentiatus erat [1]. Hostiario quoque, qui scholarum portas aperuit, pecunia danda erat; anno 1471 Gervasius, bedellus nationis Franciae, coram facultate artium questus, petivit ut regentes scholares suos admonerent « ut unusquisque daret sibi duos albos pro laboribus suis de apercione scholarum in vico Straminis [2] ».

Bedelli insuper pecunias eis qui vesperis et missis praesentes erant distributas sortiti sunt. Juxta statuta anno 1423 data singulis magistris et subbedello quatuor denarii in vesperis et octo in missis, procuratori autem et bedello octo et sedecim distribuendi erant, si nationis facultates sufficerent [3].

Natio suppositis suis ultro aut propter petitiones liberalis erat, bedellis et subbedellis non exclusis, praesertim si aegrotabant. His in casibus receptor registro sedulo inscribebat verba « dono quodam gratuito, non ex debito » ut, e.g., anno 1488/89 quando Boemundo et Nicolao sex libras et duodecim solidos dedit [4] aut « ex (vel « pro ») quadam pia subvencione » ut quando eodem anno Nicolao subbedello, petente Johanne de Dorlo [5], duo scuta « ob infirmitatem et paupertatem » dedit [6] et magistro cuidam Johanni, petenti et « in egritudine constituto » duas libras et tres solidos [7] atque anno 1446 Nicolao [Colino] aegrotanti triginta duos solidos et octo denarios [8]; anno 1444 « tenebat nacio refectionem in domo Boemundi pro solacio suo, qui infirmabatur », viginti septem solidis impensis [9].

Quandoque aliis causis hos officiales natio dono donavit, ut anno 1445 quando « quia Nicholaus subedellus habuit multos labores et pauca lucra, nacio generose hac vice contulit sibi ij. lib. [10] ». Johannes subbedellus primam missam Sept. 1452 celebrans « pro offertorio procuratoris » scutum cum duobus solidis [11] et Goswinus Schuppenaghel major bedellus anno 1470 « pro dono gratuito et prima missa sua celebranda » decem scuta accepit [12]. Anno 1487 « pro nuptiis suis » Robertus de Nulli, subbedellus, filius burgensis cujusdam Parisiensis, decem libras recepit [13].

Alia dona bedellis et subbedellis petentibus natio dedit, praesertim notissimo et ditissimo illo Boemundo, qui Jun. 1429 quatuor libras « in adjutorium suum » recepit [14], et Sept., unum francum « pro vino [15] », atque anno 1430 duo « salucia pro suis laboribus [16] »; anno 1432 petens nationem sibi « in aliquo subvenire », unum « saluscium » suscepit [17].

Sallariis et donis a scholaribus et natione receptis non contenti, bedelli praemia, ut, e.g. divites pauperibus sedes in scholis deputando praeponerent, petebant; unde a quodam arguti sunt : « in schola, ubi bedellus saepe situat scolares non secundum merita, sed secundum dona; unde nobiles, dantes bedellis vestes et pecunias ante alios situantur » [18].

1. *Auct.* VI, 5, 30-34.
2. *Auct.* III, 168, 14-19.
3. *Auct.* II, 299, 4-11.
4. *Auct.* VI, 167, 42-43.
5. *Auct.* II, 755, 32-40.
6. *Auct.* VI, 169, 26-27.
7. *Ibid.*, 167, 38-41.
8. *Ibid.*, 137, 35.
9. *Ibid.*, 110, 18-20.
10. *Ibid.*, 112, 15-17.
11. *Ibid.*, 224, 24-26.
12. *Ibid.*, 465, 3-4.
13. *Ibid.*, 643, 25.
14. *Ibid.*, 36, 26-27; *Auct.* II, 414, 33-36.
15. *Auct.* II, 418, 36-39.
16. *Auct.* VI, 41, 24-28.
17. *Ibid.*, 56, 10-14.
18. B. Hauréau, *Notices et extraits de quelques manuscrits latins de la Bibliothèque Nationale*, Paris, 1893, VI, 124-125; C. H. Haskins, *Studies in Mediaeval Culture*, Oxford, 1929, 55-56, n. 1 : B.N. Lat. 18181, fol. 165, col. 4.

A morum peritis quoque aspere culpati sunt ut « qui semper sunt in scolis sine libris et nihil addiscunt nisi curias querere et bene comedere et bene vivere [1] ».

X. DE BEDELLIS

Bedellorum officia [2], prout ex receptorum relationibus videmus, intra annos 1425 et 1493 eadem manserunt et fere eadem quae annis prioribus ex *Libro procuratorum* apparent. Semper eis Universitati opus erat, ut ipsa testatur congregatione Jun. 17, 1467 facta : « viso quod Universitas non posset sine bedellis persistere in esse [3] ». Bedello *superiori* seu *majori* seu *magno* [4] seu *principali* [5] bedellus *inferior* seu *minor* sive *subbedellus* [6] auxiliabatur. Ut statuta eos spectantia pro natione rescriberentur, receptor anno 1427 duos solidos solvit. [7] Pauca de singulis bedellis et subbedellis infra annos 1425-1493 nationi servientibus libet memorare.

A. Bedelli majores.

In numero bedellorum majorum impigerrimus et diutissime agens fuit Boemundus Theodorici de Lutrea, d. Treverensis, bedellus anno 1392 electus [8] et adhuc bedellus auctumno 1453 mortuus [9]. Ei successit Brechterus, quem, anno 1461 ante Martium mortuum [10], subsecutus est anno 1462 Goswinus Schuppenaghel [11], cui, supplicantibus quibusdam, Sept. 15, 1489 mandatum est « ut daret litteras nationi pro suis tribus domibus quas a natione habuit ad vitam » [12]. Bedellus adhuc anno 1498 erat [13].

B. Bedelli minores.

Annis 1425-1493 nationi serviebant plures bedelli minores, quorum seriem haud facile est determinare.

Boemundo Hermannus Fabri de Wesalia, d. Coloniensis, « substitutus bedellus » jam a Dec. 6, 1412 [14] et subbedellus Nov. 16, 1418 electus [15], auxiliabatur, Matthiae de Monickedam succedens, qui subbedellus Jul. 4, 1402 electus erat [16]. Hermannus Jan. 11, 1429 rogavit ut sibi Parisiis recedere et alium sibi substituere liceret [17]; Jan. 20 « Her-

1. B.N. Lat. 16471, f. 248v; Haskins, *op. cit.*, 66.
2. *Auct.* I, Introd. xxv-xxvi; cf. « Statutum ad quod bedelli Universitatis astringuntur » (*Chart. Univ. Paris.* I, 418, nº 369).
3. *Auct.* III, 48, 33-34.
4. *Auct.* I, Introd., xxv.
5. *Auct.* VI, 3, 6.
6. *Ibid.*, 3, 8.
7. *Ibid.*, 16, 27-28.
8. *Ibid.*, 2, n. 5.
9. *Ibid.*, et vide *Indicem*, 760, col. 3-761, col. 1.
10. *Ibid.*, 223, n. 4 et vide *Indicem*, 761, col. 3.
11. *Ibid.*, 267, n. 2.
12. A. L. Gabriel, *Skara House at the Mediaeval University of Paris, History, Topography, and Chartulary* (Texts and Studies in the History of Mediaeval Education, no. 9). Notre Dame, Ind., 1960, 102; *Auct.* III, 713, 28-40. Eodem die « voluit etiam natio quod in proxima congregatione diceretur bidellis quod in posterum melius servirent magistris, sub pena privationis, quoniam et de ipsis multi magistri se planxerunt » (*ibid.*, 40-44).
13. Paris, *Arch. Sorb.*, *Reg.* 91, f. 22r.
14. *Auct.* II, 136, 20-21; *Auct.* VI, 4, 26, n. 10.
15. *Auct.* II, 256, 21.
16. *Auct.* I, 847, 42.
17. *Auct.* II, 394, 4.

mannus presentavit unum juvenem nuncupatum Johannem Zandacker » de Norwen[1], congregata, « supplicaverunt duo nominati nomine Nicolaus » sed « nacio non erat ex tota qui mox a natione duos franco recepit ut Hermanno absente officio subbedelli substituti fungeretur[2].

Aug. 3, 1432 natione « ad substituendum subdebellum loco Hermanni absentis » congregata » ideoque electionem distulit[3]. Aug. 26 « substitutus fuit Almanus nomine Nicolaus[4] », Nicolaus scilicet Colinus, d. Treverensis[5], qui officio fideliter functus est usque ad Jul. 7, 1437 circiter, quando Hermannus Parisius adfuit et supplicavit « ut natio dimitteret eum exercere suum officium ex quo alius erat loco sui tantum substitutus. Quam supplicationem natio concessit[6] ». Sept. 20 « placuit nationi continuare in officio Hermannum[7] ». Vernali tempore 1438 a receptore « pro bursis » viginti tres sol. et sex den. recepit. Mai. 17, 1438 Parisiis recessurus virgam nationi reddidit et ab ea impetravit ut « sibi daret licentiam repatriandi et eum continuaret in officio suo[8] ». Mai. 15, 1439 Nicolaus [Colinus] Treverensis « nacionis subbedellus » fuit[9]; Jan. 13, 1442 natio Hermanno Fabri « olim nostro subbedello » octo francos concessit[10].

Die quodam inter Jan. et Mai. 1440 de « Nicolao subbedello» legitur[11] atque Aug. 26, 1441[12] et Jan. 13, 1442[13], sed « Nicolaus Laidan » seu « Ledan », « servitor nationis », Mai. 13, 1440[14] et Oct. 13, 1442[15] memoratur.

A Jan. 22, 1442 tantum de « Nicolao subbedello » dicitur; cui Dec. 6, 1444 aegrotanti duo franci[16] et Feb. 10, 1449 « nomine nacionis ex quadam pia subvencione » duo scuta[17] data sunt. Mai. 14, 1449 a natione « conclusum fuit quod Nicolaus haberet tradere virgam infirmitate sua durante » et subbedellus substitutus electus est Johannes Loysen, d. Coloniensis[18]. Nicolaus ante Feb. 19, 1451 obiit, quo die natio de inhumatione ejus providit et receptor eapropter solutiones fecit[19].

Feb. 21, 1451 Johannes Loysen subbedellus electus est[20]. Anno 1452 primam suam missam celebravit[21]. Jun. 3, 1452 ei supplicanti ut natio sibi « licentiam eundi ad partes » daret et substitutum proponenti « condicionaliter » natio annuit[22], et Jun. 7 praecepit ut « ad partes non pergeret nisi primo nacio fuerit contenta de pecuniis per ipsum debitis et procuratori traderet cappam, epitogium, capucium, virgam, claves et alia que pertinent nacioni[23] ». Anno 1462 mortuus est[24].

Vernali tempore 1464 subbedellus fuit Conradus de Constancia[25]; vere 1463 receptor solutiones « minori bedello », nomine tacito, fecit[26]. Jan. 8, 1466 memoratus est, quo die

1. *Ibid.*, 395, 20-21.
2. *Auct.* VI, 36, 18-19.
3. *Auct.* II, 465, 31-38.
4. *Ibid.*, 466, 9, 24.
5. *Ibid.*, 474, 16; *Auct.* VI, 58, 7, n. 5; 72, 38.
6. *Auct.* II, 497, 42-43; 498, 2-7.
7. *Ibid.*, 499, 7-9.
8. *Auct.* VI, 86, 3; *Auct.* II, 505, 37-506, 4.
9. *Ibid.*, 508, 37-509, 11.
10. *Ibid.*, 535, 15-17.
11. *Auct.* VI, 93, 33-34.
12. *Ibid.*, 99, 3.
13. *Auct.* II, 534, 36-37.
14. *Auct.* VI, 97, 27.
15. *Auct.* II, 560, 9-11.
16. *Ibid.*, 672, 14-17; *Auct.* VI, 137, 35.
17. *Auct.* VI, 169, 26-27.
18. *Auct.* II, 761, 32-39; *Auct.* VI, 174, 22, n. 13.
19. *Auct.* II, 846, 36-37; *Auct.* VI, 196, 28-31.
20. *Auct.* II, 847, 31-35; cf. *Auct.* VI, 197, 22.
21. *Auct.* VI, 224, 24.
22. *Auct.* II, 888, 35-38.
23. *Ibid.*, 889, 24-30.
24. *Auct.* VI, 369, 14.
25. *Ibid.*, 382, 16, n. 7.
26. *Ibid.*, 371, 23.

« placuit nationi quod ipse Conradus solveret epitogium nationis per eum perditum aut duo scuta pro eo [1] ».

Dec. 5, 1466 Ericus Johannes de Harlem « pro eo officio tunc temporis vacante » supplicavit et subbedellus electus est [2]; de eo relationes usque ad ver 1477 receptores fecerunt, cum receptor ei « quondam nostro minori bidello ex conclusione magistrorum » tres undenos dedit [3].

Jan. 27, 1477 « placuit nationi recipere pro bidello quendam juvenem nomine Robertum [de Nulli], filium cujusdam concivis Parisiensis [4] »; eodem die natio « habuit eundem Henricum gratum et acta per eum grata et rata [5] ». Robertus, cui anno 1487 « pro nuptiis suis » decem librae datae sunt [6], officio suo per ceteros annos de quibus *Libro receptorum* agitur fungebatur [7] et adhuc inter vivos anno 1498, etsi aegrotus, erat [8].

C. Elenchus bedellorum minorum nationis Anglicanae (Alemanniae) 1412-1477 :

In Officio	Nomen et Diocesis	Auct. VI	Auct. II
1412, Dec. 6;	Substitutus :		136, 20-21
1418, Nov. 16-	Hermannus Fabri de Wesalia, d. Coloniensis,		256, 17-18
[1438, ca. Maii 17]	subbedellus		505, 42
1429, Jan. 20-	Substitutus :		395, 21
1432, ca. Aug. 26	Johannes Zandacker, d. Trajectensis		466, 9, 24
1432, ca. Aug. 26-	Substitutus :		497, 43
1437, ca. Jul. 7	Nicolaus Colinus, d. Treverensis,		
1437, ca. Jul. 7-	Hermannus Fabri de Wesalia, d. Coloniensis		505, 44
1438, ca. Maii 17	subbedellus		
1438, ca. Maii 17-	Nicolaus Colinus, d. Treverensis,	196, 28	846, 37
1451, ca. Feb. 17	subbedellus		
ca. 1440-ca. 1442	Servitor :	97, 27	514, 2; 560, 10
	Nicolaus Laidain d. [?]		
1449, Maii 14-	Substitutus :	174, 22, n. 13	847, 32-33
1451, Feb. 21	Johannes Losen, d. Coloniensis	197, 22	
1451, Feb. 21-	Johannes Losen, d. Coloniensis,	369, 14	946, 1
ca. 1462	subbedellus		
ca. 1462 sive ca.	Conradus de Constantia, [d. Constantiensis],	382, 16, n. 7	
1464-1466, Dec. 5	subbedellus	[*Auct.* III, 23, 36-41]	

1. *Auct.* II, 973, 18-22 : Sept. 1466 « subbedellus » adhuc fuit (*Auct.* VI, 422, 8).
2. *Auct.* III, 23, 36-41.
3. *Auct.* VI, 543, 10-13.
4. *Auct.* III, 346, 2, n. 2; Robertus, etsi hic et alibi nomine generali bedellus vocetur, bedellus minor erat (cf. e. g., *Auct.* VI, 543, 5, 34-35).
5. *Auct.* III, 346, 17-18.
6. *Auct.* VI, 643, 25.
7. *Ibid.*, 732, 41.
8. Paris, *Arch. Sorb. Reg.* 91, f. 20v.

In Officio	Nomen et diocesis	Auct. VI	Auct. II
1466, Dec. 5-1477, Jan. 27 1477, Jan. 27-adhuc in officio quando noster *Liber* explicit.	Ericus Johannes de Harlem, [d. Trajectensis], subbedellus Robertus de Nulli, [d. Parisiensis], subbedellus	[*Auct.* III, 346, 2, n. 2] 732, 41	

XI. DE REBUS NUMMARIIS NATIONIS

De administratione universitatis mediaevalis permulta praebent relationes receptorum. Annus nationis Anglicanae (Alemanniae) felicissimus 1460/61 fuit, quando « excedit recepta misiam » 170 libr. 4 sol. et 2 den.[1]; anno 1427/28 excessus plus quam 50 libr. erat[2]; proxime accedunt excessus annis 1447-1450 accumulati[3]. Computus pro annis 1456-1464 et 1483-1491[4] facti perturbationem pecuniariam indicant, magnis summis pro conviviis et distributionibus expensis.

Redditibus seu receptis nationis et numero baccalareorum inter se collatis, patet quo plures essent baccalarei et licentiati, eo majores esse redditus a receptoribus acceptos; v.g., anno 1460/61 ex 83 baccalareis et licentiatis provenerunt 297 libr. 12 sol.[5]. Quanto tamen recepta misias quovis anno excederent pendebat ex expensis extra ordinem factis, ut pecunia magistris in gratiarum actione data eo quod labore studiosiores erant et sollemnitatibus nationis fideliores. Annis quidem 1491-1494 plures fuerunt graduati, id est baccalarei et licentiati — 87, 98, 89 respective — et redditus uberiores, sed minus excessit recepta misias; anno 1492/93 recepta erant 402 libr. 12 sol. sed expensa sunt 321 libr. 18 sol.[6]; ex 402 libr. 12 sol. circa 67 libr. Par. et 6 libr. Turon. magistris quinque vel octo distributa sunt. Si ad haec addas nummas magistris a scholaribus pro scholarum usu datas[7] atque collectam pro lecturis solutam[8], videas magistros nationis Anglicanae(Alemanniae) non tales fuisse quales finxit Johannes de Garlandia :

> Nec michi sunt marce, nec dant michi predia Parce.
> Beta, fabe, pisa, sunt hic bona prandia visa[9].

Expensa nationem quandoque debitorem reddiderunt, ut annis 1467/68 et 1468/69, quando misiae recepta libr. 23 et 12 respective excesserunt[10], vel ab 1472/73 ad 1474/75,

1. *Auct.* VI, 341-354.
2. *Ibid.*, 25, 31-32.
3. *Ibid.*, 149-194.
4. *Ibid.*, 282-392; 592-695.
5. *Ibid.*, 341-354.
6. *Ibid.*, 710-727.
7. Vide supra, Cap. IX.
8. *Auct.* I, 572, 13.
9. L. J. Paetow, ed., « *Morale Scolarium* » *of John of Garland (Johannes de Garlandia) a Professor in the Universities of Paris and Toulouse in the Thirteenth Century*, Berkeley, 1927, p. 212, *Capitulum* XII, vv. 258-259.
10. *Auct.* VI, 436-457.

quando natio libr. 22 et 41 et 10 debuit[1]. Neque enim nummas praeservare voluit natio : quo majores redditus, eo majora expensa. Quia vero Universitas de expensis futuris non curabat, nummae a magistris et scholaribus nationi datae in magistros et scholares expendebantur, qui etsi quandoque pauperes essent, vivebant tamen beate.

XII. DE ARCHIS NATIONIS

Res nationis pretiosae, scilicet registra, litterae, vestimenta sacra et vasa, libri liturgici et scholares [2], in archis servabantur, quarum tres memorant statuta anno 1423 data [3] et pluries *Liber receptorum*, in ecclesiis SS. Cosmae et Damiani et S. Mathurini [4] atque domo Boemundi majoris bedelli positas, qua in archa « esse consuevit thesaurus » nationis. Hujus archae, exterioris dictae, claves quatuor a procuratore, receptore, magistris seniore regente et non regente portabantur et custodiebantur. Anno 1447 archa de domo Boemundi ad ecclesiam nationis, scilicet SS. Cosmae et Damiani, portata est[5], ubi anno 1469 ornamenta nationis, id est vestimenta et « massa seu virga [6] », reponebantur [7].

In archa hac exteriore erat parva « archa interior », quandoque « scrinium » dictum, in qua nationis pecunia reservabatur [8]. Hujus quoque archae claves quatuor erant, per magistros quatuor servandae, scilicet per Alemannum altum et bassum, Anglicum aut, si deesset Anglicus, Saxonem, et Scotum [9].

Aug. 16, 1428, statutis archas respicientibus mutatis, quinque claves archae exterioris, tres interioris erant [10].

Circa annum 1447 natio archam in collegio Navarrae habebat[11], ubi et facultas Theologiae pecunias suas reservabat, quae a F. Villon sociisque suis surreptae sunt[12]; ibi adhuc erat archa anno 1465[13], quo anno archam natio in capella collegii Choletorum habuit[14]. Anno 1487 in ecclesia Mathurinorum archam, « cofrum » dictum, natio custodiebat [15].

Ne vestimenta pretiosa damnum paterentur, rosae et lavendula in archam ponebantur, pro quibus anno 1470 unus solidus [16] et 1472 quatuor albi soluti sunt [17].

Tot clavibus existentibus et ad archam aperiendam requisitis, vix fieri potuit quin claviger clavem suam perderet aut officiales nationis, absente clavigero et rebus urgentibus, archam vi aperirent. Quare, ut *Liber receptorum* refert, natio non raro pecuniam solvit, ut anno 1428 « pro reparacione archae in Sanctis Cosma et Damiano [18] », anno 1447 « pro reparando archam thesauri et reparando omnes seras, omnes claves, faciendo duas

1. *Ibid.*, 494-506; 515-523.
2. *Auct.* II, 535, 19-536, 2; Jan. 13, 1442.
3. *Ibid.*, 298, 26-40.
4. *Auct.* VI, 97, 14-15, 30-31.
5. *Ibid.*, 150, 19-20.
6. *Ibid.*, 425, 21.
7. *Ibid.*, 456, 20; 405, 44.
8. *Ibid.*, 69, 11; *Auct.* II, 298, 32-33.
9. *Ibid.*, 33-36; cf. 130, 38-43.
10. *Ibid.*, 387, 1-2.
11. *Auct.* VI, 138, 15.
12. P. Champion, *François Villon, sa vie et son temps* (Bibliothèque du xve siècle, 21), Paris, 1913, vol. II, 40-41.
13. *Auct.* VI, 404, 30.
14. *Ibid.*, 407, 3-5.
15. *Ibid.*, 648, 12-13.
16. *Ibid.*, 465, 28.
17. *Ibid.*, 491, 11.
18. *Ibid.*, 23, 17-18.

claves novas et ad faciendum unam seram novam[1] », 1453 « pro levacione cujusdam sere[2] », 1487 « pro reficiendo clavem cofri[3] », 1492 « in levando seram et facturis clavium[4] ».

Rerum in archis servatarum ratio quandoque reddita, est, ut Jan. 21, 1430[5].

XIII. DE TABERNIS ET CONVIVIIS

Cum magistris deessent camerae ad deliberandum vel conveniendum deputatae, in conventibus vel ecclesiis vel tabernis fieri solebant Universitatis et Facultatum et Nationum congregationes ut de rebus suis tractarent. Quoniam congregationes quandoque festivae et turbulentae fuerunt, conventuum et ecclesiarum rectores non raro noluerunt magistros apud se suscipere; qua de causa et ad frigus hiemale evitandum magistri in tabernis pluries convenerunt *apud ignem*[6].

Ibi de negotiis etiam maximi momenti agebatur[7]. In electione procuratorum et receptorum « pro potatione » et ad prandium sumendum magistri tabernas adiverunt[8]. Anno 1446 in *Cervo* computus receptoris redditus est[9] et de baccalareis aliarum universitatum admittendis eorumque conditione actum est[10]. In *Mula*, prope ecclesiam Sancti Benedicti Beneversi, in vico Sancti Jacobi sita et a F. Villon frequentata, natio anno 1444 de renuntianda domo Daciae[11] et 1446 de renovatione sigilli[12] deliberavit. Anno 1448 de rotulatione et litteris Romam dirigendis in *Balista* natio tractavit[13] et 1451 in *Imagine Sancti Ludovici* exsequiis bedelli Nicolai Colini celebratis prandium fecit[14]. Prandia, ut honorificarentur peregrini famosi, veluti praepositus Trajectensis anno 1445, memorantur[15].

Annis 1461-1464 et 1467-1489 nulla de tabernis mentio *Libro receptorum* facta est. Post annum vero 1489 receptores duas gloriosi nominis tabernas retulerunt, scilicet *Tria candelabra*[16], jam anno 1427-1428 memorata[17], ubi anno 1429 tabernarius erat Guillelmus Figuli[18], et *Imago Sancti Ludovici*[19], de quo anno 1450 dictum est[20].

Annis 1425-1494, exceptis annis praefatis, mentio fit de *Cervo* viciens, *Cunabulo* et *Mula* undeciens, *Corona*, *Imagine Sancti Ludovici*, *Pavone* noviens, *Cuna* et *Disco stanneo* octiens, *Tribus candelabris* septiens. Fere totiens de tabernis scripserunt receptores et procuratores *Auctario* I-III pro annis 1337-1460, verbi gratia de *Cervo* et *Cunabulo* bis et viciens, *Epitogio* semel et viciens, *Cuna* octiens deciens, *Mula* quater deciens, ut tabernas saepissime aditas referam.

1. *Ibid.*, 150, 15-18.
2. *Ibid.*, 237, 13.
3. *Ibid.*, 648, 8.
4. *Ibid.*, 710, 38-39.
5. *Auct.* II, 429, 15; *Auct.* VI, 38, 40.
6. *Auct.* VI, 102, 37-39.
7. *Ibid.*, 4, 12; 17, 10-11; 22, 38; 46, 31, etc.; v. *Indicem, s.v.* tabernae.
8. *Ibid.*, 31, 6-8; 137, 19-20; 174, 14-15; 194, 31-33, etc.
9. *Ibid.*, 137, 22.
10. *Ibid.*, 138, 1-2.
11. *Ibid.*, 117, 1-2, 15-16; A. Lognon-L. Foulet, eds., *François Villon, Œuvres* (Le Classiques Français du Moyen Age), Paris, 1923 : p. 44, Le Testament, XCVII, v. 1013; p. 4, Les Lais, XII, v. 90.
12. *Ibid.*, 129, 28-29.
13. *Ibid.*, 168, 5-6.
14. *Ibid.*, 196, 32-33.
15. *Ibid.*, 116, 34-35.
16. *Ibid.*, 692, 4.
17. *Ibid.*, 22, 38; 25, 41; 26, 39; *Auct.* II, 323, n. 2; 425, n. 1.
18. *Auct.* VI, 38, 32-33; 39, 14-15.
19. *Ibid.*, 698, 32.
20. *Ibid.*, 194, 32, 38-39; cf. *Auct.* II, 821, n. 1.

En elenchus tabernarum in *Libro* nostro *receptorum* occurrentium, quae Ae. Chatelain latuerunt : *Crucea ferrea* [1], *Fuga* [2], « *Harneaus* [3] », *Ocrea* [4], *Rosa* [5], *Scutum argenteum* [6], *Tres Cyrotecae* [7].

XIV. DE COLLEGIIS ET DOMIBUS NATIONIS SAECULO DECIMO QUINTO

De bonis immobilibus nationis et studentium ejus pauca dicamus. Saeculo quinto decimo collegia eorum sive domus ruinosa erant. Collegium Upsaliense, vicis se transeuntibus Serpentis et Alti folii situm, parum afuit quin penitus deesset [8]; Domus Scarensis, in vico « Sancti » Johannis Bellovacensis sita, brevi tempore procuratore Siggone Uddsson (1407-1410), postea episcopo Scarense (1424-1435) [9], revivificata, in ruinas dilapsa est [10], sicut et Domus Lincopensis, in vico Sancti Hilarii sita. Saeculo exeunte, Domus Scarensis et Lincopensis a natione comparatae sunt [11], illa mansura usque ad saeculum decimum septimum, vulgo *Maison de Notre-Dame* nuncupata.

Domus Daciae, possessio nationis quoque facta, anno 1430 permutata est domo « Pomi Rubei » nuncupata, in vico Galandriae sita [12].

Domus Alemannorum magni iterum momenti circa finem saeculi fuit, typographico Petro Wagner seu Caesaris provisore [13], qui pecunia a natione mutuata reparare jussit illam domum, in vico Murier prope Collegium Navarrae et ecclesiam Sancti Nicolai de Cardineto sitam [14].

XV. DE STATU ECONOMICO ET SOCIALI BACCALAREORUM NATIONIS

De conditione studentium pecuniaria et exinde de statu eorum sociali multa ex *Libro receptorum* nationis Anglicanae (Alemanniae) agnoscere possumus.

Antequam ad gradus admitteretur quilibet scholaris, oportuit eum, sicut supra diximus [15], quantitatem bursae suae fideliter dicere. Bursam in registris nationis procurator et receptor post scholaris nomen indicaverunt. A paupere, qui nihil solvere potuit, paupertas sub juramento declaranda erat, quo in casu verba « juravit paupertatem » vel « cujus bursa nihil » in registris scripta sunt [16].

1. *Auct.* VI, 432, 3; *Auct.* I, Introd. lvi-lx; *Auct.* II, viii-ix; sed cf. É. Chatelain, « Notes sur quelques tavernes fréquentées par l'Université de Paris aux xive et xve siècles », *Bulletin de la Société de l'Histoire de Paris et de l'Ile-de-France* 25 (1898), 87-109, ubi mentio est de *Crucea ferrea* et de *Scuto argenteo*.
2. *Auct.* VI, 138, 35; 146, 44.
3. *Ibid.*, 118, 28.
4. *Ibid.*, 403, 16.
5. *Ibid.*, 183, 29.
6. *Ibid.*, 205, 4-10; 213, 1; 259, 23; 269, 41-42; 304, 12.
7. *Ibid.*, 70, 1.
8. Gabriel, *op. cit.*, 33.
9. *Ibid.*, 89-91, 96.
10. *Ibid.*, 96.
11. *Ibid.*, 41-42.
12. *Ibid.*, 18.
13. Paris, *Arch. Sorb. Reg. 91*, ff. 5^r^, 17^v^, 21^v^; *Auct.* VI, 743, n. 1.
14. *Ibid.*
15. Supra, p. xxxix; cf. *Auct.* VI, 6, 36 et passim; A. L. Gabriel, *Student Life in Ave Maria College, Mediaeval Paris. History and Chartulary of the College* (Publications in Mediaeval Studies, XIV), Notre Dame, Ind., 1955, 221, n. 1.
16. *Auct.* VI, 3, 2; 13, 1 et passim.

Bursae a natione taxatae varii valoris fuerunt; anno 1423 statuit « quod minor bursa solvenda sit quatuor solidi [1] ». Seclusis ergo « pauperibus », qui nihil solvebant, imo statu economico erant studentes quorum bursae 4 vel 5 solidis taxatae sunt (qua summa bonum convivium Parisii circa annum 1426 pro una persona emi potuit) [2].

Ditiorum bursa 6-8 solidis taxatae sunt, divitum 9 solidis vel pluribus.

Ex baccalareis 1535, inter annos 1425 et 1494 promotis, 270 (17.58 %) ut « pauperes » a natione accepti sunt, 719 (46.84 %) minima bursa taxatis :

4 sol..... 511 baccalarei (33.29 %),
5 sol..... 208 baccalarei (13.55 %) : 719 (46.84 %).

Media bursa taxati sunt 413 (26.91 %) baccalarei, ditiores scilicet :

6 sol..... 170 baccalarei (11.07 %),
7 sol..... 132 baccalarei (08.60 %),
8 sol..... 111 baccalarei (06.85 %) : 413 (26.91 %);

maxima bursa 133 (8.67 %), divites scilicet :

9 sol..... 41 baccalarei (2.67 %),
10 sol..... 41 baccalarei (2.67 %),
11 sol..... 26 baccalarei (1.69 %),
12 sol..... 12 baccalarei (0.78 %),
13 sol..... 4 baccalarei (0.26 %),
14 sol..... 3 baccalarei (0.20 %),
16 sol..... 2 baccalarei (0.13 %),
17, 20, 21, 32 sol. .... 1 baccalareus quaque bursa (0.28 %) : 133 (8.67 %).

« Pauperes » igitur et minima bursa taxati baccalarei plus quam partem dimidiam studentium constituerunt (64.42 %), ditiores quartam partem (26.91 %), divites minimam partem (8.67 %). Proportio studentium pauperiorum in Universitatibus Vindobonense et Lipczense similis fuit : ex 6579 Vindobonensibus suppositis inter annos 1377 et 1413 immatriculatis, 1629 (25 %), nihil solverunt [3] (minor proportio Parisiensium ex eo pendet quod alienigenae erant, ex patria longinqua venientes ad urbem ubi annona carior erat); ex Lipczensibus pauperiores inter annos 1409 et 1430 immatriculati 19 % fuerunt [4].

Parisiensium scholarium ad nationem pertinentium ditissimi Aboenses fuerunt, quorum bursa media ad 6.6 solidos ascendit, et scholares ex Candida Casa 6.3 sol. mediam bursam solvebant. Divites plurimi dioceseos Sanctae Andreae fuerunt, bursa mediana 5.9 sol., deinde Colonienses (5.7 sol. mediana bursa), Glasguenses (5.2 sol.), Argentinenses (5.1 sol.), Basileenses (4.5 sol.). Pauci scholares ditiores fuerunt : Lincolnienses (9 sol. mediana bursa), Transilvanenses (7 sol.), Bremenses (6 sol.), Ratisbonenses (5.8 sol.).

Pauperum plurimi Constantienses fuerunt (26 ex 147 scholaribus) sed altior numerus

1. *Auct.* II, 299, 45-300, 1.
2. *Auct.* VI, 17, 10-11.
3. F. Gall, ed., *Die Matrikel der Universität Wien* (Publikationen des Instituts für Österreichische Geschichtsforschung), Graz-Köln, 1954, I, XXI-XXII.
4. S. Hoyer, « Die Gründung der Leipziger Universität und Probleme Ihrer Fruhgeschichte, » *Karl-Marx-Universität Leipzig 1409-1959. Beiträge zur Universitätsgeschichte*, Leipzig, 1959, I, 23, n. 105.

ditiorum effecit ut bursa mediana 5.2 solidorum fuerit. Ex 17 Brandenburgensibus 14 pauperes, qui bursam medianam unius solidi solverunt, ex 39 Misnensibus 14 pauperes (bursa mediana 1 sol.), fuerunt. Pauperes fuerunt omnes Patavienses scholares (4), Lausatienses (2), Stulpenses (2) et singuli Strigonensis et Zagrabiensis et Zwerinensis.

Ex datis patet quam erronea sit sententia eorum qui Universitates saeculi quintodecimi increpant, dicentes eas solis divitibus accessum patefecisse [1]. Parisiis natio Anglicana (Alemanniae) pauperibus (17.58 %) liberalis fuit, sicuti Universitates Vindobonensis (25 %) et Lipczensis (19 %). Universitates medii aevi quippe non in negotiis versabantur, ut divites fierent; redditus ex universitate, id est ex omnibus, suppositorum provenerunt et in universitatem seu corporationem scholarium et magistrorum expendebantur.

XVI. DE MIGRATIONE SUPPOSITORUM NATIONIS

Magna pars suppositorum nationis Anglicanae (Alemanniae) Universitatis Parisiensis, memores illius dicti : « Qui n'entend qu'une cloche n'entend qu'un son [2] », antea in aliis Universitatibus inscripti sunt vel postea in alias Universitates abierunt. Ex baccalareorum 1535 nationi inter annos 1425 et 1494 adhaerentibus circa 147 ex aliis Universitatibus recepti sunt. Cum baccalarei aliunde accepti « recepti » in registris vocati sint, quandoque impossible dictu est utrum baccalareus quidam « receptus » fuerit documentis deficientibus.

Ut aliarum Universitatum graduati a facultate Artium Parisiense et natione reciperentur, praesentarent oportuit « litteras credentiales » ab alma matre datas, a magistris regentibus qui olim nationis supposita fuerant, si fieri potuit, signatas [3]. Scholares alibi duos annos studentes pares reputabantur eis qui unum annum in scholis Parisiensibus traduxerunt [4]. Nationi insuper tenebantur recepti bursas solvere quas solvissent si Parisiis tantum studuissent [5] atque Parisiis per « Quadragesimam » commorari, qua transacta ad gradus baccalareatus et magisterii promoveri potuerunt [6]. Nulli alterius Universitatis graduato licuit Parisiis legere nisi Parisiis baccalareus receptus admissus erat [7], excepto solo Cornelio Oudendijck de Rotterdam, qui in registris nationis primo occurrit anno 1467, nihilo de anteacta ejus vita dicto [8].

Quando Universitas in aliqua diocese noviter condita est, scholares ex illa diocese Parisius erudiendi frequenter ibant, quod patet ex Universitatibus Glasguense (1450/51 condita) et Basileense (1460) [9]; ex diocese Basileense inter annos 1461 et 1494 Parisius pervenerunt viginti scholares, inter quos erat Nicolaus de Flue [10], filius viri celeberrimi Fratris Klaus (S. Nicolai de Flue, 1417-1487).

Inter scholares nationis qui longe et diu peregrinabant erant Matthias Krimer de Faffenhoven, d. Augustensis, Parisiis anno 1487 studens, intitulatus Universitatibus

1. R. Boutruche, « Histoire de France au Moyen Age. Publications des années 1954-1958, 2e partie », *Revue Historique* 84 [223] (1960) 129.
2. A. Le Roux De Lincy, *Le livre des proverbes français*, Paris, 1859, I, 8.
3. Paris, *B. N.*, *N. Acq. Lat. 535*, f. 149v.
4. Rashdall, *op. cit.*, I, 463.
5. Bulaeus, V, 529.
6. *Auct.* II, 660, 9-16; Bulaeus, V, 529-530.
7. *Auct.* II, 662, 6-30.
8. *Auct.* VI, 437, 18, n. 4.
9. E. Bonjour, *Die Universität Basel von den Anfängen bis zur Gegenwart, 1460-1960*, Basel, 1960, 40.
10. *Auct.* VI, 662, 21, n. 10.

Coloniense (1485), Ingolstadiense (1488), Heidelbergense (1490), Basileense (1490) [1]; Johannes de Lapide vel Stein, theologus famosus, Parisiis anno 1454 studens, Universitatibus intitulatus Lipczense (1448), Lovaniense (1453), Basileense (1464), Tubingense (1478) [2]; Johannes Molitoris de Rastatt, d. Spirensis, Parisiis anno 1471 studens atque 1485 legens, in Universitatibus intitulatus vel legens Friburgense (1463), Erfurtense (1463/64), Bononiense (1475), Aurelianense (1484), Ferrarense (1487) [3].

Parisius in nationem venerunt plurimi, ex Universitatibus Coloniense 62, Sancti Andreae 42, Lovaniense 34, Basileense 31, Heidelbergense 25, Lipczense 19, Rostochiense 11, Erfurtense 10, Glasguense 6, Friburgense 4, Cracoviense 3, Tubingense 3, Pragense 3, Gripeswoldense 3, Oxoniense 2, Ingolstadiense 1, Bituricense 1, Vindobonense 1, Cantabrigiense 1.

E natione Parisienses graduati, ut legerent vel ulterius studerent, emigraverunt ad Universitates Coloniensem 26, Heidelbergensem 19, Basileensem 19, Lovaniensem 16, Lipczensem 11, Friburgensem 10, Sancti Andreae 10, Ingolstadiensem 8, Aurelianensem 8, Tubingensem 6, Cracoviensem 3, Rostochiensem 3, Aberdonensem 2, Pragensem 2, Gripeswoldensem 1, Wittenbergensem 1, Cantabrigiensem 1, atque in Italiam ad Bononiensem 13, Ferrarensem 12, Senam Julianensem 2, Perusianensem 1, Papianensem 1.

Plurimi qui Parisiis decesserunt philosophiam realisticam, *viam* sic dictam *antiquam*, in alias Universitates asportaverunt, praesertim Heidelbergensem, Basileensem, Ingolstadiensem.

In Universitate Heidelbergense (1385/86 condita) ab initio regnavit nominalismus; ab anno 1452, propter reformationem a Friderico I factam, utraque via, antiqua et moderna, realismus scilicet et nominalismus, sequaces habebat [4]. Realistes primi, Parisiis e natione illic emigrantes, fuerunt Johannes Petri de Malmogia, Dacianus [5], et Burchardus Wenk de Herrenberg [6], Alemannus, in Universitate Heidelbergense olim studentes et magistri Parisienses.

Apud Universitatem Basileensem nominalismus primo viguit; accedente vero et accepto realismo, « paritate regiminis ambarum viarum » existente, plures magistri Parisienses ibi viam antiquam legebant, quorum inter primos anno 1464 erat celeberrimos ille Johannes de Lapide vel Stein [7].

In Universitate Ingolstadiense (1472 condita) [8] intitulati sunt annis 1474 et 1478 realistes duo notabiles, Nicolaus Tinctoris [9], qui edicto Ludovici XI contra nominalistarum doctrinam anno 1474 dato nomen inscripsit, et Michael Thuarog, Polonus [10]. Annis 1476-1480 ibi legebat humanista famosus ille Erhardus Wynsberg seu Ventimontanus, anno 1467 baccalareus Parisiensis [11].

1. *Ibid.*, 639, 36, n. 6.
2. *Ibid.*, 250, 4, n. 7. Fig. II.
3. *Ibid.*, 475, 8, n. 2.
4. J. F. Hautz, *Geschichte der Universität Heidelberg*, Mannheim, 1862, I, 306.
5. *Auct.* VI, 142, 13, n. 13.
6. *Ibid.*, 217, 5, n. 3.
7. H. G. Wackernagel, *Die Matrikel der Universität Basel*, Basel, 1951, I, 46.
8. C. Prantl, *Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München*, München, 1872, I, 20.
9. *Auct.* VI, 442, n. 9; G. F. von Pölnitz, *Die Matrikel der Ludwig-Maximilians-Universität Ingolstadt-Landshut-München*, München, 1937, I, 49.
10. *Auct.* VI, 511, 9, n. 3; Pölnitz, *op. cit.*, I, 82.
11. *Auct.* VI, 385, 11, n. 3; Pölnitz, *op. cit.*, I, 65.

Receptoria Magistri Iohannis Heynlyn de Lapide.

ANNO DOMINI MILLESIMO

Quadringentesimo Quinquagesimo Octauo die Vicesima prima mensis Septembris. Qua celebratur festum beati Mathei apostoli et ewangeliste. Congregata Veneranda Natione Almanie Apud sanctum Maturinum Super electione Noui Receptoris. Electus fuit In Receptorem prefate Nationis Magister Iohannes Heynlyn de Lapide dyoc Spirensis. Qui fecit missas et Receptas que sequuntur.

Misie.

In primis pro magistrorum distributionibus In die beati mathei — v lib viij s

Item brechtero maiori bedello ex dono gratuito nationis — iij lb

Item In electione magistri Iohannis de Rottenburgo In procuratorem — iiij s

Item in exequiis magistri Egidii pro distributionibus magistrorum in vigiliis et in missa et etiam pro curato et aliis seruientibus — xxxij s par

Item In continuatione magistri Iohannis de Rottenburg — iiij s

Item In continuatione eiusdem — iiij s

Item In festo beati Eadmundi pro magistrorum distributionibus In vesperis et in missa. Item pro offertorio capellano et domino curato et aliis seruientibus in missa pro organista. — ij lib viij s minus iiij d

Item In eodem festo pro stramentis et cernali sancti Eadmundi et mundatione candelabrorum — iiij s

Item pro cantoribus — j lib ij s

Item pro prandio nationis et singulis concernentibus prandium — vij lib x s

Item pro prandio domini curati ex ordinatione Nationis — xvj s

Item pro cereis — xx s

Item pro distributionibus magistrorum et aliorum seruientium In vesperis et in missa In festiuitate beatissime Katherine et etiam pro organista — ij lib ij ulbs

Item In festo sancti Andree pro magistrorum distributionibus In vigiliis — x s viij d

Item pro offertorio in missa — ij s

Item In eadem missa fuerunt signati magistri presentes et plura habuerunt pro distributionibus — xxvij s viij d

Item pro distributionibus magistrorum et aliorum seruientium In vesperis et in missa In festiuitate beati Nicolai — xxxxiiij s

Item pro distributionibus magistrorum et aliorum seruientium in vesperis et in missa In festo conceptionis beatissime virginis marie — xxxvij s ~~viij d~~

Item In electione magistri Gerardi Nicolai Incoiona — iiij s

Item pro cappa Rectoris magistri Nicolai Gremier — ij lib

Item pitanciario ecclesie beate Genouefe ex parte domus quam Bonconde legauit Nationi et situatur est in claustro Brunelli — xx s par

Item magistro Herueo cappellano cappellanie sanctorum Iacobi et Nicolai fundate In ecclesia sancti Seuerini ~~ut patet in~~ quittancia — xx s par

Summa huius pagine est xxxvj librorum et quinque solidorum

Fig. II. Prima pagina receptoriae Johannis Heylyn de Lapide, Prioris Sorbonici, d. Spiren., Sept. 21, 1458. *(Paris, Arch. Nat., H 2587, fol. 116ᵛ; Auct. VI, 308, 40-310, 19.*

XVII. DE QUIBUSDAM SCHOLARIBUS ET TYPOGRAPHICIS NOTISSIMIS

Philosophi et theologici notatu digni e natione fuerunt, praeter Johannem de Lapide vel Stein, Petrus Tartareti, Lausanensis[1], Johannes Mair (Major), d. Sancti Andreae[2], et Gilbertus Crab, Scotus[3].

Johannes de Lapide vel Stein *(Fig. II)*, prior Sorbonae (1468/69 et 1470/71), et Guillelmus Fichet Michaelem Friburger de Colmar, Ulrichum Gering de Constantia, Martinum Crantz de Stein, typographos, Parisios anno 1470 arcesserunt, qui primam officinam typographicam Parisiis in aula Sorbonae conderent[4]. Jam anno 1506 Johannes Mair princeps quorumdam fuit qui opera nominalistarum ediderunt[5], quem Rabelais auctorem libri utilioris *De modo faciendi boudinos* modo suo satirico fecit[6].

Typographici quidam celeberrimi ad baccalareatus gradum in natione Anglicana (Alemanniae) Parisiis promoti sunt, quorum inter primos fuit Petrus Wagner vel Caesaris de Svebissen in Silesia, anno 1463 licentiatus, qui alteram Parisiis officinam typographicam in vico Sancti Jacobi ad insignium *Equitis ad Cygnum* anno 1473 condidit[7]. Johannes Philippi de Butzbach, d. Maguntinensis, baccalareus receptus anno 1483[8], et Simon Doleatoris Bottiger, d. Warmiensis, baccalareus anno 1478[9], officinam typographicam in collegio Narbonense instituerunt. Georgius Wolff de Baden, d. Spirensis[10], et Berchtoldus Reymbold, d. Argentinensis[11], anno 1487 baccalareati sunt, pluries nationis officiarii.

XVIII. DE INDOLE NATIONIS ANGLICANAE (ALEMANNIAE)

Exemplo notabili Universitati Parisiensi fuit saeculo decimoquinto natio Anglicana (Alemanniae), demonstrans nempe quomodo corpusculum parvum inter associationem potentiorem et numerosiorem superesse posset. Anno enim 1434 nationis duo tantum supposita superstites erant, Hollandrinus quidam scilicet et Suecus, Albertus Vorden procurator et Olavus Magni receptor, qui viriliter felici cum eventu contra quosdam nationis Normannorum agebant, qui ob nationis nostrae parvitatem vocem ejus in Universitatis congregationibus abolendam proposuerunt[12].

Numquam obliti sunt nationis supposita corporalitatem suam, quam ut aliquid admirandum et pulchrum miro modo anno 1479 expressit Aegidius Delft, d. Trajectensis, carmine quod incipit :

1. *Auct.* VI, 590, 8, n. 13.
2. *Ibid.*, 734, 17, n. 12.
3. Paris, *Arch. Sorb.*, *Reg.* 91, f. 52v.
4. *Auct.* VI, 250, n. 7.
5. H. Élie, « Quelques maîtres de l'université de Paris vers l'an 1500, » *Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen âge* 18 (1950-1951) 207-208.
6. A. Lefranc, et al., edd., *Oeuvres de François Rabelais, III, Pantagruel*, Paris, 1922, Cap. VII, p. 82.
7. *Auct.* VI, 361, n. 11; A. Claudin, *Liste chronologique des imprimeurs parisiens du quinzième siècle (1470-1500)*, Paris, 1901, 8.
8. *Auct.* VI, 592, 40, n. 6.
9. *Ibid.*, 549, 11, n. 3.
10. *Ibid.*, 638, 24, n. 12.
11. *Ibid.*, 637, 23, n. 4.
12. *Auct.* II, x; xiii-xvi.

Nemo notavit homo que laus satis esse putetur
Cum probanda foret tollendaque laude referta
Natio nostra. Ais hec? Dic que est hec natio. Certe
Non ego sum, non tu. Certe non ille vel ille,
Sed potius multa est. Multe res constituunt hanc [1].

Propriam uniuscujusque utilitatem comitati et corporalitati multigenae subjicere et patriae amorem cum dignitate hominis cujusque retenta conjungere addiscere possis, si velis, ex historia nationis Anglicanae (Alemanniae), annis periculosis 1425-1496 ut permaneret et beate viveret pugnantis.

Astricus Ladislaus Gabriel
Director Instituti Mediæ Aetatis Universitatis Nostrae Dominae a Lacu
et
Universitatis Harvardiensis cathedraticus 1963/64
a Carolo Chauncey Stillman nominatus.

27 Febr. 1964.

1. *Auct.* III, 419, 29-33.

LIBER RECEPTORUM

NATIONIS ALEMANNIAE

[1425, SEPT. 21 — 1426, SEPT. 21]

(Fol. 1 recto) **Receptoria* magistri Johannis Johannis alias Reyneri [de Leydis[1], d. Trajectensis]**

Anno[2] Domini millesimo CCCC vicesimo quinto, in die sancti Mathei apostoli, ut moris est, congregata [fuit] nacio apud Sanctum Maturinum ad eligendum receptorem, et fuit eciam electus magister Jo- [hannes] Johannis [alias Jo]hannes Reyneri de Leydis oriundi, licenciatus in Medicina, et recepit a predecessore quinque coronas [in au]ro[3], septem libras cum ix sol. et ij den. paris., et ita fuit antiquus receptor quitus a nacione[4].

Sequuntur ea que exposita sunt in prefata receptoris

Tradidi Boemundo[5] pro bursis magistri Martini Berach[6], quia jam novus receperat, vj sol.

* *Librum receptoris H.* 2587, quem hic in lucem edimus, non primum sed « secundum » esse patet, nam continuatio ejus, *H* 2588 folio primo « Tertium receptoris registrum » intitulatur, et *Sorbonne, Arch. Reg.* 91 (85), quae est continuatio libri *H.* 2588, ante fol. 1° inscriptionem « quartus liber, seu quartum registrum » habet. Ergo primus *Liber* amissus est. In *Libro procuratorum* non agitur de *Libro receptoris* ante annum 1356 (*Auct.* I, 203, 24).

In quodam inventario 1624 composito, nunc in Arch. Univ. Paris. asservato (*Carton no.* 14 : Cf. *Catalogue des manuscrits. Université de Paris*, Paris, 1918, 359),de quinque *Libris receptorum* est mentio. « Item, cinq livres couverts en parchemin, concernant les recepte que Messieurs les receveurs ont faicte à la Nation. Inventorié LXV. » Libri enumerati in hoc inventario sunt [I.] *Arch. Nat. H* 2587 (1425-1460); [II.] *H* 2588 (1460-1493); [III.] *Sorbonne, Arch.* 91 (85) (1493-1530); [IV.] *H* 2590 (1564-1610); [V.] *H* 2591 (1611-1643) : É. Chatelain, « Le 'Livre', ou 'Cartulaire', de la Nation d'Angleterre et d'Allemagne », *Mém. Soc. Hist. Paris*, 18 (1891), 73-100 (etiam separatim, p. 3).

1. Johannes Johannis Reyneri, 1409 bacc. Art. (H. Denifle-Ae. Chatelain, edd. *Auctarium Chartularii Universitatis Parisiensis*, II, *Liber Procuratorum Nationis Anglicanæ (Alemanniae)*, Paris, 1937, [abbr. *Auct.* II], 62, 15); 1411 lic. et mag. (*ibid.*, 103, 21; 104, 39); 1421 et 1425 receptor (*ibid.*, 997); proc. pluribus vicibus 1421-1427 (*ibid.*, 991-992); 1421, Dec. 16 rector (C. E. Bulaeus, *Historia Universitatis Parisiensis*, Paris, 1665-1670 [abbr. Bulaeus]. V, 920; E. Wickersheimer *Commentaires de la Faculté de Médecine de l'Université de Paris* (1395-1516), Paris, 1915 [abbr. *Com. Fac. Méd.*], 119; *BN ms. lat.* 5494, p. 5), 1425, Oct. 10 (*Auct.* II, 334, 1), 1427, Dec. 16 (*ibid.*. 370, 44); 1429, Mar. 2 mag. Med. (*Com. Fac. Méd.* 144; E. Wickersheimer, *Dictionnaire biographique des médecins en France au moyen âge*, Paris, 1936 [abbr. *Dict. biogr. méd. France*], 425); 1434 bacc. form. in Theol. affertur (*Auct.* II, 400, n. 7), sed postea, 1452, mag. Art. et Med. (*Auct.* II, *ibid.*).

2. Inter lineas manu saeculi decimi septimi scriptum est : « Le mardi VII juillet V^e^ [?] IIII^xx^ VII ».

3. Scuta cum corona, « éscus à la couronne », primo a Carolo VI cudebantur, veteribus similia praeterquam quod est in crucis centro stella perforata (Du Cange IV, 494; F. Leblanc, *Traité historique des monnoies de France*, Paris, 1690, 287).

4. Eadem manu inter lineas scriptum est : « Huitiesme registre de recepveur/Inventorié -huit/Laffilé scribe de l'Université ».
Mag. Simon Laffilé erat scriba Universitatis 1556-1558 (Bulaeus, *Factum ou Remarques sur l'élection des officiers de l'Université*, Paris, 1668 [abbr. *Factum ou Remarques*], 72-76).

5. Boemundus Theodorici de Lutrea, [*Kaiserslautern*] d. Treveren., bedellus major, electus 1392 (*Auct.* I, 661, n. 1), quo munere plus quam 60 annos fungebatur (*Auct.* I et II, passim); obiit 1453 inter festa S. Catherinae et S. Nicolai (*Auct.* II, 901, n. 7).
Domum ad intersignum *Sancti Michaelis* vico Brunelli locatam nationi legavit (vide *infra*, 263, 30 et passim), quam a magistro Oliverio de Imperio , librario Universitatis, 1415, Jul. 12 emerat « cum banchis et sedibus scolarum ibidem existentium, pretio centum et quinquaginta scutorum aureorum, et in auro solvendorum, oneratam liij sol. paris. pro omnibus oneribus, videlicet xx monasterio Sancte Genovefe, xx cuidam capellano Sancti Severini, decem collegio Sorbone et tres pro fundo terre illis de Sancto Benedicto Beneverso Paris. » H. Denifle-Ae. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. IV, Paris, 1897 [abbr. *Chart.* IV], no. 2042, p. 299; cf. *Arch. Nat. Paris M* 73 : Instrumentum praepositi Paris., Tanguy du Chastel, 1415, Jul. 13.

6. Martinus Bereck de Hungaria (*Auct.* II, 389, 10), bacc. Art. 1422 (*ibid.*, 287, 29); lic. et mag. Art. 1423 (*ibid.*, 293, 29; 294, 22); proc. pluries 1423-32 (*bid.*, 991-992); intrans ad electionem rectoris 1423, 1424; temptator in examin. S. Genovefae 1423, 1424; adversarius praecipuus magistri Pauli de Sclavonia (de quo vide *infra*, 3, n. 3); 1430, Maii 4 primum cursum Theol. sub mag. Petro de Diereyo incepit (*BN ms. lat.* 5494 p. 102); secundum Jul. 29 eodem anno (*ibid.*, p. 103); bacc. Theol. *(ibid.*, p. 104).
Inter magistros testes in congregatione Univ. 1431, Maii 14, ad deliberandum 12 articulos contra Johannam d'Arc, invenitur (J. Quicherat, *Procès de condamnation et de réhabilitation de Jeanne d'Arc*, Société de l'histoire de France, t. 24 Paris, 1841 [abbr. Quicherat, *Procès*], I, 421; *Chart.* IV, no. 2384, p. 526); receptor 1431, (*Auct.* II, 997); rector 1432, Jun. 23 (Bulaeus, V, 921); forsitan Parisiis discessit 1432, Dec. (A. L. Gabriel, *Martin de Bereck, Receptor, Procurator and Rector at the University of Paris*, Rome, s. d.).

Item pro bursis cujusdam antiqui magistri qui alias juraverat paupertatem et misit nacioni certam pecuniam et [solvit][1] in precedenti receptoria, tradidi Boemundo, quia non fuerat contentatus, ix sol.

Item tradidit nacio bedello principali in die electionis mee xx sol.

Item subbedello eodem die, xij sol.

Item pro [repara]cione *scolarum antiquarum*, iiij sol.

Item in die electionis mee in taberna, xliiij sol.

Item pro quodam consilio [?] capto per procuratorem[2] magistrum Rogerum de copia appellacionis magistri Pauli[3] prima die mensis Octobris magistro Radulpho Bernesse[4] et magistro Jacobo Mareti ejus socio, iiij sol.

Item [.....] instrumentis in facto [.....] in missis prout fuit conclusum in procuratoria ejusdem, nisi tantum tradetur vos [.....] [.....] et alia, xxiiij sol.

Pro cappa rectorie mee et magistri Johannis de Insula[5], viij sol.

Pro quibusdam scripturis factis[6] pro mittendo ad regem Dacie[7], iiij sol.

Pro constituendo procuratores Universitatis in Parlamento 18 mensis Novembris, quia alie naciones et facultates suam quotam solverunt, iiij sol.

In festo sancti Eagmundi[8] in distribucionibus in vesperis et missa, xj sol. viij den.

In prandio, iij lb. xv sol. iiij den.

In die sancte Katherine [pro] distribucionibus in vesperis et missa, xij sol. viij den.

In crastino sancti Andree pro consuetis nacionis in missa et vesperis, xj sol. iiij den.

Item pro distribucionibus in die sancti Nicolay et vesperis, ix sol. iiij den.

Item pro distribucionibus in die et vesperis Concepcionis Nostre Domine, x sol.

Item pro magistro Michaele 4ta Januarii, octo sol.

Item pro habendo conclusionem facultatis Theologie de approbacione sentencie late per deputatos contra magistrum Paulum[9] exposui in taberna cum magistro Rogero et de ceteris [.....], iij sol.

Somma pagine : xiiij lib. xvj den.

(Fol. 1 verso) In die Purificacionis Nostre Domine [pro] distribucionibus et aliis tam pro die quam pro vigilia, xij sol.

Item pro replicando epithogium et ponendo ad punctum, viij sol.

Item pro foderatura et foderando, xxxij sol.

Item tradidi Boemundo pro bursis septem bachalariorum et pro suis distribucionibus et aliis minutis per eundem expositis, nomine nacionis, iij lib. ij sol.

Item Hermanno[10] pro bursis suis, xxvj sol. 6 den.

Item Colineto de Villetain[11] pro scolis *septem arcium*, xxxvj sol.

Item pro bursis Boemundi de licencia et magisterio, xl sol.

1. Folium laceratum.

2. Sc. Rogerius de Edynburgh [*Edinburgh*], electus 1425, Sept. 24 (*Auct. II*, 333, 27).

3. Paulus Nicolai de Sclavonia, d. Zagrabien., bacc. Theol. (*Chart.* IV, 399, no. 2182); pro beneficio supplicavit Sigismundum, 1422-1423 (*ibid.* 417, no. 2213); in rotulo an. 1424 Mart. 29, obtinuit canonicatum S. Andreae Colon. atque majorem praebendam vet. eccl. S. Pauli Monaster., quamvis etiam ad can. in eccl. Frisingensi aspiraverit (*Auct.* II, 333, n. 1).

1426, contra decanum magistrosque fac. Theol. litigavit quod a licentia repulsus sit (*Chart.* IV, 455, no. 2278), de qua causa contra nationem et Universitatem saepius agitur in *Auct.* II et hoc *Libro Receptorum;* incarceratus (*Auct.* II, 368, n. 2), supplicavit papam ut a jurisdictione episcopi Paris. eximeretur, quod an. 1429, Febr. 18 obtinuit (*Monumenta Hungariae Italica, I, V, Márton Pápa* (1417-1431) ed. P. Lukcsics, Budapest, 1931, 219, no. 1131); processibus ab eo renuntiatis 1439, Maii 29, eodem anno admissus est ad licentiatum (*Auct.* II, 509).

4. Rudolphus Barness de Brossis, d. Remen., mag. Art. 1408; proc. nat. Galliae 1418, 1424, 1425 (Bulaeus V, 914); bacc. Decr. 1417 (M. Fournier, *La Faculté de décret de l'université de Paris au XVe siècle*, Paris, 1895-1913 [abbr. *Fac. Déc.*], I, 187); promotor Univ. in curia conservatoris privilegiorum 1435-1436, sed solum anno 1447 confirmatus (*Auct.* II, 486, n. 2; *Chart.* IV, 674, no. 2617); lic. Decr. 1438 (*Fac. Déc.* II, 39, ubi scribitur *Barnati*; *Barnaci* in *Chart.* IV, 605, no. 2520).

Officium procuratoris contra mag. Paulum pro parte nationis exercuit; ei pecuniae traditae sunt pro complemento aedificii *Parvarum Scholarum* nat. Gall.; obiit 1468 (Bulaeus V, 914, 915).

5. Johannes de Insula [*Lille vel l'Isle*], d. Rotomagen., affertur ut magister Art. 1403 (*Chart.* IV, 105); bacc. Decr. 1415; lic. 1416 (*Fac. Déc.* I, 139, 149); rector 1425, Dec. 15 (*Auct.* II, 335, 38).

6. « Pro facto domus Dacie Parisius » (Auct. II, 334, 12).

7. Agitur de Erico de Pomerania, rege Daciae, Norvegiae, et Sveciae 1412-1439 (despoliatus 1439). Ei successit Christophorus III (E. Arup, *Danmarks Historie 1282-1624*, København, 1932, 189-214).

8. Festum celebratum die vigesima Novembris secundum antiquam consuetudinem nationis : C. E. Bulaeus, *De patronis IV nationum Universitatis*, Paris, 1662, p. 69; G. C. Boyce, *The English-German Nation in the University of Paris during the Middle Ages*, Bruges, 1927, [abbr. G. C. Boyce, *English-German Nation*] 156 sqq.; M. Toulouse, *La nation anglaise-allemande de l'université de Paris*, 1939, 140; P. Kibre, *The Nations in the Mediaeval Universities*, Mediaeval Academy of America, no 49, Cambridge, Mass., 1948, 88.

9. Vide *supra*, 3, n. 3.

10. Hermannus Fabri de Wesalia [*Wesel*], 1412 substitutus bedellus nationis (*Auct.* II, 136, 21); det. 1413 (*ibid.*, 143, 30); 1424 « Concilio Senensi dissoluto ad curiam Romanam profectus est » (*ibid.*, 313, 35, n. 5); 1442 can. Bomellensis (*ibid.*, 535, 16); circa 1438, Maii 17 ei successit Nicolaus Colinus (*Auct.* II, 505, 39; vide *infra*, 58, n. 5.

11. Nicolaus (Colinetus) de Villetain, scutifer. Natio ei solvebat certam summam annuatim super scolas de *septem artium* (*Auct.* II, 323, 46; 703, 31). Obiit 1447, ca. Jun. (*ibid.*, 699, 39).

Item pro bursis Hermanni de licencia et magisterio, xx sol.

Item pro salario receptoris, lx sol.

Item sabbati XIII Aprilis, quando procurator pro magistro Paulo fuit adjornatus in taberna, iij sol. viij den.

Item pro arris ad habendum instrumentum quod traxit nacionem ad curiam laycalem ut exinde sua appellacio ad curiam Romanam esset descripta tradidi magistro Johanni Salian [1] xij den.

Item commissario pro arris ad habendam copiam sue commissionis et relacionis, ij sol.

Somma istius pagina [*sic*] : xv lib. iij sol. ij den·
Somma totalis misie : xxix lib. iiij sol. vj den.

(Fol. 1 bis, recto [2]) [Statu]ta pro receptore [3]

Quilibet determinans solvet nacioni quinque bursas et pro scolis proporcionabiliter, sic videl[icet quod] [4] si exponat septimanatim 4^{or} solidos vel 5, solvet pro scolis 3o solidos, si sex vel septem 4o, si octo vel novem 5o, et sic deinceps.

Item quilibet licenciandus dabit quinque bursas.

Item quilibet incepturus dabit quinque bursas.

Item duos francos pro jocundo adventu ad nacionem.

Item octo solidos pro cappis rectoris.

ISTA DEBENTUR PER RECEPTORES

Item receptor debet bedello principali pro quolibet determinante, licenciando[.....] et incepturo, item pro sua licencia unam bursam [.....] [5]

Item subbedello mediam bursam.

Item in qualibet missa nacionis habebit curatus ij solidos.

[Item .....] distribuciones consuete nisi nacio deponat, quilibet magister in vesperis habebit iiij [denarios].

[Item habebit] iiij denarios procurator cum servitoribus tam in missa quam in vesperis dupplum.

[Item bedellus] tantum sicud procurator et subbedellus sicud magistri.

ISTA DEBENTUR PRO SCOLIS

Pro scolis *septem arcium* debentur priori et pitanciario Sancte Genovefe in duobus terminis anni vij sol., qui quidem termini sunt festum sancti Remigii et festum Pasche.

Item cuidam scutifero qui vocatur Colinet de Villetain debentur eisdem terminis xxxvj sol., sed ita consu[etum] est quod solvantur circa festum Pasche simul.

Item pro *scolis magnis* Anglicanorum debentur illis de Sancta Genovefa terminis quator, s. Remigii, M[ichaelis], Pasche et Johannis, sed totum in simul solvitur circa Pascha, xix sol.

Item quilibet receptor consuevit habere quatuor libras pro suo sallario in primo compoto.

Item debet receptor unicuique rectori pro quolibet incipiente ij sol., et ordinatum est per facultatem quod a [festo] Pasche usque ad festum Pasche computetur annus et ita illi qui magistrati sunt ante Pascha in[.....] Pascha computabuntur pro illo rectore qui eligetur circa festum Pasche pro ter-[mino .....] discordias que contingere possent.

Nota de triginta septem sol. qui debentur tamquam redditus pro duabus scolis predictis qui debentur pro fundo terre et pitanciario [Sancte Genovefe.....].

(Fol. 2 recto) Sequuntur determinantes istius anni [6]

Primo determinavit dominus Petrus de Gouda [7], sub me receptore, cujus bursa ix sol., pro scolis, .l. sol.

Item dominus Johannes Tongheris [8], sub magistro Bernardo de Emeda [9], cujus bursa vj sol., [pro] scolis, 4[o sol.].

1. Inter procuratores contra Paulum in Castelleto constitutus est 1426, Apr. 29 (*ibid.* 346, 17).

2. Fol. 1 *bis* verso vacuum est.

3. Haec statuta, anno 1423 ordinata, ut in memoria firmius tenerentur, in principio registri procuratoriae inscripta sunt (*Auct.* II, 296, 36-300, 37; cf. *BN n. a. lat. 535*, fol. 146 recto; C. Jourdain, *Index chronologicus chartarum pertinentium ad historiam Universitatis Parisiensis*, Paris, 1862 [abbr. Jourdain, *Index*] no. 1181, p. 248-249).

4. Hujus folii, vetustate consumpti, margines sinistro et dextero dilacerati sunt.

5. In hac linea deleta sunt verba « incepturo et licenciando ».

6. Cf. *Auct.* II, 340, 35-341, 11.

7. Petrus de Gouda, natus de Leydis [*Leiden*] (*ibid.*, 340, 43), d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1427 (*ibid.*, 359, 43; 362, 10); proc. 1428. 1429, 1430 (*ibid.*, 992); receptor 1430 (*ibid.*, 997); rector 1431, Mar. 24 (*ibid.*, 449, n. 2; Bulaeus V, 335, sed in nomenclatura 921 perperam « Guill. de Gouea Batavus »).

Tempore rectoratus ejus deliberatio Universitatis in processu Johannae d'Arc 1431, Apr. 19, facta est (Quicherat, *Procès*, I, 411); ab an. 1433 can. Trajecten., 1439 supplicavit ut eccl. parochialem Roterodamum obtineret (*Auct.* II, 340, n. 6).

8. Johannes de Tongheris [*Tongeren*], d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1428 (*ibid.*, 376, 6; 378, 10); proc. 1429 (*ibid.*, 992); intit. Coloniae in fac. Theol. 1440 (H. Keussen, *Die Matrikel der Universität Köln*, Bonn, 1928-1931 [abbr. Keussen, *Matr. Köln*], I, 429). Discernendus ab Joh. Toungis, d. Noviomem., de quo *Auct.* III, 2, 21, n. 11.

9. Bernardus de Emeda [*Emden*], d. Monasterien., det. 1424 (*ibid.*, 309, 2); lic. 1425 (*ibid.*, 319, 3); receptor 1427 (*ibid.*, 997); procur. 1426, 1427 (*ibid.*, 992).

Item dominus Godefridus Venatoris alias de Arnhem [1], sub eodem, cujus bursa vj sol., pro scolis, lx sol.

Item dominus Nicolaus Petri [2], Metensis diocesis, sub eodem, cujus bursa iiij sol., pro scolis, xx sol.

Item dominus Nicolaus de Rin [3], sub eodem, cujus bursa xj sol. pro scolis, lx sol.

Item [dominus] Conradus Henrici [4] sub magistro Flicque [5], cujus bursa viij sol., pro scolis, .l. sol.

Dominus Rutgherus Bloot [6] sub magistro Bernardo, cujus bursa ix sol., pro scolis, .l. sol.

Somma : 28 lib. 15 sol.

Somma pro istis septem bachalariis : xxviij lib. xv sol.

Sequuntur licenciati

Primo licenciatus est dominus Olavus Olavi [7], sub me receptore, cujus bursa viij sol.

Item licenciatus est dominus Jacobus Potter [8], sub eodem, cujus bursa viij sol.

Item licenciatus est dominus Johannes Wilhelmi de Leydis [9], cujus bursa iiij sol.

Somma : 5 lib.

Recepi ab antiquo receptore [10], ut patet in principio hujus registri, in die electionis mee quinque coronas in auro cum septem libris, ix sol. ij den. parys.

Sequuntur incipiencium nomina

Incepit primo dominus Olavus Olavi, sub me receptore, cujus bursa viij sol.

Item pro jocundo adventu et cappis rectorum. xl sol.

Incepit dominus Jacobus Potter, sub eodem, cujus bursa viij sol.

Item pro jocundo adventu et cappis rectoris, xl sol.

Incepit dominus Johannes Leydis, sub eodem, cujus bursa iiij sol.

Item pro jocundo adventu ejus ad nacionem, xl sol.

Item recepi pro locagio *scolarum antiquarum* a Guillelmo Pottier pro anno integro usque ad festum sancti Remigii anni milesimi [CCCC] XXVI lxiiij sol.

Somma : 14 lib. 4 sol.

Somma totalis pagine et recepte tocius est quinque coronarum in auro cum lv lib. viij sol. ij den.

(Fol. 2 verso) Facto compoto die XV Aprilis, anni millesimi CCCC XXVI, in presencia nacionis et in Sancto Maturino, ascendit somma recepte totuis tam a receptore antiquo quam ab aliis ad sommam quinque coronarum auri cum quinquaginta quinque libris, octo sol. ij den. Et somma misiarum ascendit ad viginti novem lib. iiij sol. sex den. Et ita patet quod recepta excedit misiam in quinque coronis auri, viginti sex lib. parys. iij sol. viij den., in quibus remanet receptor nacioni obligatus.

Ita est. Johannes Johannis
[*signum manuale*].

Et ego Johannes Flicke, procurator [11] nacionis Anglicane, approbo compotum suprascriptum factum per magistrum Johannem Johannis, receptorem dicte nacionis, in omnibus ut suprascribitur, et

1. Gaufridus Venatoris de Arnhem, d. Trajecten., intit. Coloniae 1421 sub nomine Godefr. Jegher de Arnem (Keussen, *Matr. Köln*, I, 227); lic. et mag. Art. Paris. 1427 (*Auct.* II, 360, 10; 362, 21).

2. Nicolaus Petri de Gomundia, cler. Metensis d., intit. Heidelberg 1417 (G. Toepke, *Die Matrikel der Universität Heidelberg von 1386 bis 1662*, Heidelberg, 1884-1893 [abbr. Toepke, *Matr. Heidelberg*], I, 136); lic. et mag. Art. Paris. 1427 (*Auct.* II, 360, 13; 362, 24).

3. Nicolaus de Rin [*Rhein*], d. Ratisponen., lic. et mag. Art. 1427 (*ibid.*, 359, 40; 362, 7).

4. Conradus Henrici, d. Aboen., lic. et mag. Art. 1427 (*ibid.*, 360, 8; 362, 19).

5. Johannes Flicke de Abo [*Abo*], (*ibid.*, 285, 20), det. 1420 (*ibid.*, 72, 21); lic. et mag. 1421 (*ibid.*, 279, 40; 280, 1); proc. 1421, 1423, 1424, 1426 (*ibid.*, 991); cursor fac. Theol. 1425 (*Chart.* IV, p. 456, no. 2279).

Socius Sorbonensis clavem bibliothecae nomine proprio habuit 1423, Oct. 5, quam reddidit 1426, Apr. 15 (*Paris Arsenal 1021*, p. 148; A. Franklin, *La Sorbonne, ses origines, sa bibliothèque*, Paris 1875 [abbr. Franklin, *La Sorbonne*], 228); libri per illum accomodati 1423-1426 (*Bibl. Mazar. 3323*, fol. 76 recto). Vide etiam L. Maury « Les étudiants scandinaves à Paris (XIe-XVe siècle) », *Annales de l'Université de Paris*, 9 (1934), 238 [abbr. Maury, *Étudiants scandinaves*].

6. Rutgerus Bloot de Huesden, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1427 (*Auct.* II, 360, 5; 362, 16); proc. 1428 (*ibid.*, 992).

7. Olavus Olavi de regno Dacie, det. 1424 (*ibid.*, 309, 1).

8. Jacobus Potter de Loo, d. Trajecten., 1423 intit. Coloniae, 1424 det. ibid. (Keussen, *Matr. Köln*, I, 253); 1425 det. Paris. (*Auct.* II, 317, 35); proc. 1427, 1430 (*ibid.*, 992); 1438 bacc. Decr. Coloniae, 1440 lic. et mag. ab 1443 commoratus est Hollandiae; obiit 1453 (Keussen, *loc. cit.* annot.).

9. Johannes Guillelmi Wissonis, alias de Leydis, det. 1425 (*Auct.* II, 317, 36); proc. 1427 (*ibid.*, 370, 38; 992 in elencho procuratorum erronee Johannes Johannis affertur).

10. Sc. Jacobus de Gouda, electus 1424, Dec. 19 (*ibid.*, 315, 6).

11. Electus 1426, Mar. 11 (*Auct.* II, 341, 27).

remanet idem magister obligatus in summa quinque coronarum auri, viginti sex lib. paris. iij sol. viij den., prout idem receptor scripsit in mei absencia, in presencia tamen nacionis, et postmodum habui a nacione quod signarem testimonio presentis scripcionis per me facte et signate signo meo manuali anno Domini M° CCCC° XXVI, XV ta mensis Aprilis.

JOHANNES FLICKE, procurator nacionis Anglicane [*sign. man.*]

Sequuntur exposita post compotum primum de quo supra

Primo in prandio, facto compoto, xliij sol. viij den.

Item nacio tradidit bedellis simul xxxij sol.

Item pro literis seu copia habenda a Miron per manus Hermanni, iiij sol.

Item pro procuratorio conscribendo in Castelleto [1] simul duabus vicibus, vj sol.

Item pro magistris qui aderant in taberna, xvj den.

Item pro luminaribus habitis in die Nostre Domine, liiij sol. ix den. par.

Item pro illis de Sancta Genovefa pro anno elapso in festo Pasche, xxxvij sol. vj den. par.

Pro cappis rectoris magistri Thome de Courcellis [2], vj sol.

Pro copia appellacionis nterjecte a magistro Paulo, iiij sol.

Item pro procuratorio iterato habendo, quia Divitis [3] qui est principalis procurator infirmabatur et non poteremus ab ejus servitoribus habere procuratorium per manus Hermanni, ij sol. viij den.

Item procuratori nostro in Castelleto per manus magistri Rogeri, iiij sol.

Advocato nostro [4] quod placitavit causam magistri Pauli, j mutoninum [5].

Nichil, quia nichil voluit recipere.

Somma pagine : ix lib. xvj sol. xi den.

(Fol. 3 recto) Item pro copia appellacionis quam magister Paulus intimavit procuratori in finem Julii [6], iiij sol.

In vigilia et missa Assumpcionis Nostre Domine, x sol. iiij den.

Item procuratori nostro diversis vicibus per ipsum expositis in prosecucione magistri Pauli facta in Castelleto cum aliquibus magistris in Theologia, vj sol.

Cappis rectoris presentis, scilicet magistri Johannis Pottage [7], vj sol.

In vigilia et missa in die Nativitatis Nostre Domine, ix sol. viij den.

Pro diversis scripturis factis per [8] magistrum Johannem Leydis, viij sol.

Somma : xliij sol. viij den.

Somma totalis expositorum post ultimum compotum exposita est xij lib. vij den.

Facto compoto in die sancti Mathei apostoli per antiquum receptorem, ascendit summa per ipsum exposita a die ultimi compotus que fuit XV Aprilis anni M[l] CCCC[l] XXVI ad duodecim libras, septem

1. Agitur de factis mag. Pauli coram domino praeposito Parisien. (*ibid.*, 347, 18 sqq.).

2. Thomas de Courcellis, nat. Picardiae, rector 1426, Mar. 22 (*ibid.*, 343, 2, sed non in nomenclatura BULAEI); bacc. Senten. 1427. Sept. (*BN lat. 5494*, p. 59); 1431 ut bacc. Theol., can. Laudunen, et Morinen. processui Johannae d'Arc interfuit (*Auct.* II, 343, n. 1).

In concilio Basiliensi diu primus orator Universitatis fuit et pro Felice antipapa decertabat; 1431 portator rotuli, « rector ambassiate », ad Eugenium IV (*Auct.* II, 453, n. 1); 1435, Mar. 8 lic. Theol. et Apr. 5 mag. Theol. (*Chart.* IV, p. 564, no. 2457); eodem anno legatus ad conventum Atrebatensem (J.-A. BUCHON, *Les chroniques d'Enguerrand de Monstrelet*, Coll. des chroniques nat. franç., écrites en langue vulgaire du treizième au quinzième siècle, tom. 26-40, Paris, 1826 1827, VI [tome 31], 167; BULAEUS V, 429).

1448 ut subdiaconus papae affertur qui eum de archidiaconatu de Gandavo in eccl. Tornacen. anno sequent provisit (*Auct.* II, 343, n. 1); 1448, Jun., inter ambassiatores ad Nicolaum V (*Auct.* II, 743, n. 1; Ch. SAMARAN, *La chronique latine inédite de Jean Chartier 1422-1450*, Bibl. du XVe siècle, tom. 36, Paris, 1928, p. 100; G. DU FRESNE DE BEAUCOURT, *Histoire de Charles VII*, Paris, 1888, IV, 275), archipresb. de Metullo. Pictaven. dioc. (*Auct.* II, 343, n. 1); can. eccl. Paris.; saepius legatus Univ.; 1458 decanus Paris.; provisor Sorbonae 1433-1460 (FRANKLIN, *La Sorbonne*, 228); obiit 1469, Oct. 23 (*BN lat. 5657 A*, fol 24 verso).

Frater erat Johannes de Courcellis, Decr. doctor, regis consiliarius, et archidiaconus de Josas; figura sepulchri Thomae fratrisque Johannis in P. CHAMPION, *Procès de condamnation de Jeanne d'Arc*, Paris, 1920-1921 [abbr. CHAMPION, *Procès*], in fronte. De Thoma vid. etiam P. FERET, *La faculté de théologie de Paris et ses docteurs les plus célèbres*, Paris 1894-1897 [abbr. FÉRET, *Fac. Théol.*], IV, 46 sqq.; CHAMPION, *Procès*, I, 422; J. QUICHERAT, *Aperçus nouveaux sur l'histoire de Jeanne d'Arc*, Paris 1850, 105; *Gallia Christiana*, VII, 214; BULAEUS V, 917; *Paris Arsenal 1020*, p. 213-214.

3. Ab Aubry Le Riche (Divitis), proc. vel principali coll. scolarium Laudunen. (*Chart.* IV, p. 9, no. 1722), qui obiit 1405 discernendus (WICKERSHEIMER, *Dict. biogr. méd. France*, 55).

4. Advocatus nationis in Castelleto erat mag. Nicolaus (*Auct.* II, 353, 1).

5. Mutoninus vel parvus agnus vel *aignel* vel *petit mouton* (DU CANGE IV, 494, col. 2; LEBLANC, *Traité*, 186-188).

6. Appellatio de privatione ab Universitate facta est ad curiam Romanam.

7. Johannes Pottage, presb., d. Ambianen., Norm., mag. Art. et bacc. form. Theol.; 1426, Nov. 12 petivit de pluralitate benefic.; possidebat eccl. paroch. Crispini prope Monsterolium, Ambianen. d.; 1428 nuntius Universitatis ad Martinum V (*Auct.* II, 348, n. 1); rector 1426, Jun. 22 (*ibid.*, 348, 12).

8. In ms. legitur « per somma magistrum Johannem ».

den., que summa defalcatur ab isto quod debebat in ultimo compoto; restant quatuordecim lib. tres solidi, unus den. cum quinque coronis, in quibus idem receptor remanet obligatus et eam tradendo receptori novo electo erit absolutus. Teste signeto meo manuali presentibus apposito die XXI mensis Septembris anni M[1] [CCCC[1]] XXVI per me.

Bernardum de Emeda, procuratorem [1]
[*sign. man.*]

[1426, SEPT. 21 — 1427, SEPT. 21

Receptoria magistri Jacobi Petri alias de Roda, d. Aboensis]

(Fol. 3 verso) Anno Domini millesimo CCCC vicesimo sexto, congregata nacione Anglicana, ut moris est, in die sancti Mathei apostoli in Sancto Mathurino ad eligendum receptorem, fuit electus concorditer magister Jacobus Petri, alias de Rode [2].

Sequitur recepta per me facta

Primo recepi a predecessore meo summam in qua nacioni remansit obligatus videlicet, v coronas.
Item ab eodem, xiiij lib. iij sol. j den.

Summa : xix lib. xiij sol. j den.

(Fol. 4 recto) Anno Domini MCDXXVII secundum usum Romanum sequuntur determinantes [3]

Primo determinavit dominus Johannes de Reym [4], sub magistro Bernardho de Emeda, cujus bursa x sol., pro scolis, lx [sol.]

Item dominus Henricus Nycolai [5], Aboensis, dyocesis, sub eodem, cujus bursa x sol., pro scolis, lx sol.

Item dominus Gregorius Haffnerlandh, dyocesis Aboensis, sub eodem, cujus bursa viij sol, pro scolis, .l. sol.

Item dominus Olavus Magni [6], dyocesis Aboensis, sub eodem, cujus bursa viij sol., pro scolis, .l. sol.

Item dominus Severinus Holt [7], dyocesis Aboensis, sub eodem, cujus bursa vj sol., pro scolis, xl sol.

Item dominus Benedictus Olavi [8], dyocesis Aboensis, sub eodem, cujus bursa vj sol., pro scolis, xl sol.

Item dominus Petrus de Alchmaria [9], sub magistro Johanne Johannis, cujus bursa viij sol., pro scolis, .l. sol.

Item Symon de Alchmaria [10], sub magistro Johanne Johannis, cujus bursa viij sol., pro scolis .l. sol.

Item dominus Jacobus Hatthem [11], sub magistro Martino Berech, cujus bursa iiij sol., pro scolis, 3o sol.

Item dominus Engbertus Andree [12], sub magistro sub eodem, cujus bursa iiij sol., pro scolis, 3o sol.

Item dominus Theodericus de Spanbroech [13], sub magistro Bernhardo, cujus bursa iiij sol., pro scolis, 3o sol.

Item dominus Mathias de Amsterdam [14], sub magistro Johanne Johannis, cujus bursa x sol., pro scolis, lx sol.

Item dominus Michael Cristiani [15], sub magistro Bernardo, cujus bursa x sol., pro scolis, xxx sol.

1. Electus 1426, Aug. 26 (*Auct.* II, 352, 23).

2. Jacobus Petri de Rode [Roodh] de Abo, vel de Swecia, d. Aboen., det. 1419 (*Auct.* II, 262, 19); lic. et mag. 1419 (*ibid.*, 264, 13, 15); proc. 1425, 1427 (*ibid.*, 991, 992); receptor 1426 (*ibid.*, 997, ubi erronee nominatur Johannes); ultimus procurator collegii Lincopiae; excessit Parisiis 1428 (Maury, *Étudiants scandinaves*, 231); legens in mathematicis 1427, Oct. incepit cum lectura *Theoricae planetarum* (*Auct.* II, 369, 10).

3. Cf. *Auct.* II, 358, 15-359, 16.

4. Johannes de Reym, d. Ratisponen (*ibid.*, 358, 41).

5. Henricus Nicolai, lic. et mag. Art. 1428 (*ibid.*, 376, 20; 378, 24)

Item dominus Petrus Nicholai[5], sub magistro Johanne de Leydis, cujus bursa x sol., et pro scolis, lx sol.

Item dominus Eveardus de Boelswardia[6], sub magistro Martino Berych, cujus bursa iiij sol., pro scolis, xxx sol.

Recepte precedentes : xvij libre.

Sequuntur alie misie

Item in electione[7] magistri Jacobi de Gouda in procuratorem in longa procuratoria, xij sol. paris.

Item venerabili viro Johanni de Gomonte rectori[8] pro cappis suis, xiiij sol. paris.

Vicesima sexta Junii, anno Domini millesimo CCCC^mo XXIX, compoto facto de receptis et expositis, deductis deducendis et solutis solvendis, ego Rogerus de Edynburgh, receptor nacionis Anglicane, debeo nacioni de resta xxxj lib. ij sol. paris. cum vj den.[9]

Ego Jacobus de Gouda, procurator nacionis, fui presens in compoto et scio ipsum ita esse factum, et ex parte nacionis ipsum ita esse, conclusi teste signo meo manuali.

J[acobus] de Gouda
[*sign. man.*][10]

(Fol. 10 verso) Sequuntur nomina licenciatorum[11]

Primo dominus Albertus Vorden, qui incipiet sub magistro Jacobo Hattem, cujus bursa iiij^or sol.

Item dominus Ghysbertus de Horn, qui incipiet sub magistro Jacobo de Hattem, cujus bursa x sol.

Pro isto magister Jacobus de Gouda in presencia magistri Jacobi de Hattem tunc procuratoris attulit unum librum pro vadio pro predicta bursa usque ad terminum sancti Johannis proximo futurum et quod tunc vendatur liber in casu quando burse non fuerint solute, et hoc concessum est in nacione sicut retulit procurator. Item idem magister de Goude promisit fide media facere librum illum bonum ad summam .l. sol. paris[12].

Item dominus Philippus Gronensis, qui incipiet sub magistro Johanne Leydis, cujus bursa x sol., pro qua bursa magister Petrus de Leydis posuit *Decretum* in vadio usque ad festum sancti Johannis secundum conclusionem etc[13].

Item dominus Henricus Sceursak, qui incipiet sub magistro Martino Berec, cujus bursa viij sol.

Item dominus Johannes Diiets, qui incipiet sub magistro Jacobo Hattem, cujus bursa x sol.

Item dominus Arnoldus Clavi, qui incipiet sub magistro Jacobo Hattem, cujus bursa iiij sol.

1. Cf. *Auct.* II, 397, 34-398, 8.

2. Goswinus Lottini, d. Trajecten. (*ibid.*, 397, 36).

3. Henricus de Eilsych [*Elsig*], d. Colonien. (*ibid.*, 398, 3), lic. et mag. 1431 (*ibid.*, 448, 21; 449, 31); 1431, Maii 14 intit. Coloniae sub nomine Henr. de Elsi, mag. Art. Paris., incola civitatis Col. (Keussen, *Matr. Köln*, III, 24).

4. Johannes Zandacker de Nerwen (Neerven), d. Trajecten., intit. Coloniae 1426 (*ibid.* I, 296); 1429, Jan. 20 assistens Boemundi bedelli (*Auct.* II, 395, 21), substitutus bedelli (vide *infra*, 36, 18). 1430 jam rector altaris S. Georgii loci sui natalis petivit ut ad omnes ordines non obstante defectu natal. possit promoveri (*Auct.* II, 395, n. 3; *Repertorium Germanicum* IV, 2549).

5. Petrus Nicolai, d. Trajecten (*ibid.*, 398, 5); in ms. verba « de Leydis » scripta sunt super nomen « Petrus Nicolai »; quidam Petrus Nycholay de Leydis intit. in Art. Coloniae; det. 1433, Jun. 15; lic. 1435; inc. Aug. 25 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 339).

6. Evrardus de Boelswardia [*Bolsward*], d. Trajecten, 1428 temptatus et ad baccalariatum admissus, sed bursas in gradu baccalariatus solvendas propter penuriam non solvens, post disputationes quadragesimales ivit ad partes; 1429 reversus est et solvit bursas; quare mag. Henricus de Dunghen supplicavit ut natio Evrardum baccalarium reputaret; gratiam concessit natio (*Auct.* II, 410, 30-43).

7. 1429, Jun. 2 (*ibid.*, 413, 37).

8. Electus 1429, Mar. 23 (*ibid.*, 406, 43 sqq.; Bulaeus V, 920).

9. Verba « Debeo ..... denariis » post solutionem cancellata sunt.

10. In marg. inf. : « recepta hujus pagine xvij lib. ..... sol.; expositorum summa xlij lib., xiiij sol. » In *Libro proc.* legitur summa expositorum : « xlij lib. ix sol. ij den. » (*Auct.* II, 414, 19, 20).

11. Cf. *ibid.*, 408, 7-29.

12. Verba « Pro isto ..... ad summam .l. sol. paris. » cancellata in ms., quia debitor solvit.

13. Verbis « Item dominus ..... secundum conclusionem » cancellatis, in margine dext. legitur : « Solvit, ut patet inferius ».

Item dominus Everardus Johannis, qui incipiet sub magistro Jacobo Hattem, cujus bursa nichil.

Item dominus Philippus Gronensis redemit vadia, ut patet inferius. Vicesima nona Maii, millesimo CCCC XXIX, Petrus de Leydis in presencia Theoderici de Gouda, fratris michi Petri de Gouda, michi solvit quinque libras paris. pro magistro Philippo Gronensis pro bursis suis de licencia et de incepcione in Artibus et recepit duo *Decreta* posita in vadio pro dictis quinque libris.

Ita est; ego Petrus de Leydis.

Ita est; ego Theodericus de Gouda [1] scriptum manibus propriis [2].

(Fol. 11 recto) Sequuntur nomina incipiencium [3]

Dominus Albertus Vorden, sub magistro Jacobo Hattem, cujus bursa iiij sol.

Idem solvit pro cappa rectoris et jocundo adventu, xl sol.

Item dominus Ghiisbertus de Horn, sub magistro Jacobo Hattem, cujus bursa x sol.

Idem solvit pro cappa rectoris et jocundo adventu, xl sol.

Item dominus Philippus Groen[ensis], sub magistro Johanne de Leydis, cujus bursa x sol., pro quibus bursis dedit vadium ad ordinacionem nacionis usque ad festum sancti Johannis [4].

Item idem solvit pro jocundo adventu et cappa rectoris, xl sol.

Item dominus Henricus Scheursach, sub magistro Martino Beric, cujus bursa viij sol.

Item idem solvit pro jocundo adventu et cappa rectoris, xl sol.

Item dominus Johannes Tiets, qui incipiet sub magistro Jacobo Hattem, cujus bursa x sol.

Item idem solvit pro jocundo adventu et cappa rectoris, xl sol.

Item dominus Arnoldus Clavi, sub magistro Jacobo Hattem, cujus bursa iiij sol.

Item idem solvit pro jocundo adventu et cappa rectoris, xl sol.

Item dominus Everardus Johannis, sub magistro Jacobo Hattem, cujus bursa nichil.

Item idem solvit pro cappa rectoris et jocundo adventu, xl sol.

Misie facte post primam computacionem in receptoria magistri Rogeri de Edynburgh, qui compotus est in folio precedenti signatus de manu domini procuratoris et similiter resta scripta de manu receptoris.

Primo pro prandio magistrorum ascistencium in compoto prescripto, iiij lib. paris. cum viij sol.

Et ego magister Martinus promitto eundem receptorem servare indempnem de predicta summa exposita in predicto compoto, scilicet iiij lib. et viij sol.

M[artinus] Berech
[*sign. man.*]

Item Johanni Zhandeker, servienti nacionis in loco domini Hermanni absentis, de mandato nacionis pro laboribus suis et penis factis et faciendis nacioni, ij francos.

Item in festo Visitacionis Beate Virginis pro singulis in ecclesia, xiij sol. paris.

Item pro reparacione unius pulpitri in vico Straminis in scolis nacionis, iiij albos [5].

(Fol. 11 verso) Item Boemundo bedello de ordinacione nacionis [6] in adjutorium suum, iiij lib.

Item notario magistri Pauli pro copia citacionis sue et ceteris, xij sol. paris.

Item notario Universitatis pro procuracione nacionis, v sol. paris.

Item in electione [7] magistri Johannis de Tongrys in procuratorem, recedente antiquo procuratore inconsulta nacione, de ordinacione nacionis tunc facta, iiij sol. paris.

Item de ordinacione nacionis pro magistro Johanne Loquerii, advocato nacionis contra magistrum Paulum, xvj sol. paris.

Item magistro Roberto Henrici, procuratori nacionis contra magistrum Paulum, viij sol. paris.

Item in festo Assumpcionis Beate Marie Virginis in omnibus, ix sol. paris.

Item in festo Nativitatis Beate Marie Virginis in omnibus, viij sol. et viij den.

1. Probabiliter ille Theodericus de Gouda qui det. 1415 (*Auct.* II, 189, 27); lic. et mag. 1416 (*ibid.*, 209, 40; 210, 17).
2. In marg. inf. : « xiiij lib. »
3. Cf. *Auct.* II, 411, 1-20.
4. Verbis « Item dominus ..... ad festum sancti Johannis cancellatis, in margine dext. legitur : « solvit ut patet in alio folio. »
5. Marg. inf. « lxxiij lib. xj sol. vij den ».
6. Mense Junii (*Auct.* II, 414, 36).
7. 1429, Jul. 26 (*ibid.*, 416, 17).

[1429, SEPT. 21 — 1429, DEC. 9]
Continuacio antiqui receptoris

Anno Domini M CCCC XXIX, in festo sancti Mathei, facta congregacione nacionis Anglicane super electione novi receptoris, fuit continuatus antiquus receptor, qui fecit suum computum ultimum in eodem festo, scilicet computo facto in presencia nacionis, deductis deducendis et computatis computandis; ego Rogerus de Edynburgh fateor me debitorem nacioni in decem et septem lib. v sol. vj den. paris. [1]

Ita est. JOHANNES TONGRIS, procurator nacionis ejusdem.

[*sign. man.*]

Misie facte per antiquum receptorem continuatum post ultimum compotum

Primo in festo sancti Mathei facto in eodem die sancti Mathei pro singulis, xxxvij sol. iiij den.

Item pro duabus continuacionibus [2] magistri Johannis Tongrys in procuratorem, viij sol. paris.

Item Boemundo bedello de ordinacione nacionis [3] in predicto compoto, j francum.

Item magistro Gregorio Nicholai [4] rectori pro suis cappis, xij sol. paris.

Item pro festo sancti Eadmundi in ecclesia et taberna, ij lib. et iiij sol.

Item ij francos Boemundo pro festis Katerine, Defunctorum, Nicolay et Concepcionis Marie.

[1429, DEC. 9 — 1430, SEPT. 21
Receptoria magistri Alberti de Vorden, d. Trajectensis, substituti]

(Fol. 12 recto) **Substitutio magistri Alberti Vorden in receptorem post obitum magistri Rogeri de Eldenborch antiqui receptoris**

Facta congregacione nacionis Anglicane anno Domini millesimo CCCC° XXIX°, die IX^a^ Decembris, apud Sanctum Maturinum, super tribus articulis, primus erat ad eligendum ambaxiatorem [5] iturum ex parte pretacte nacionis ad consilium generale celebrandum in Basilia in mense Marcii; 2us ad substituendum novum receptorem propter obitum magistri Rogeri de Eldenborch antiqui receptoris. Quantum ad primum articulum, erat electus dominus procurator [6] prefate nacionis magister Petrus de Gouda, natus de Leydis. Quantum vero ad 2^m^, fuit substitutus Albertus Vorden, natus de Campis, in receptorem. Quantum vero ad 3^m^, dictus procurator supplicavit pro officio ambassiatoris et Albertus Vorden pro officio receptoris, que supplicaciones erant concesse.

Recepi instrumentum a Carmelita, in quo Universitas promittit restitucionem vel reparacionem virge argentee quondam ad Constanciam in consilio generali misse.

Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono, die decima septima Decembris, apportavit Bomundus michi *registrum receptoris* cum quadam litera sigillata magno sigillo Universitatis [7] de privacione magistri Pauli cum quadam parva cedula papirea, in qua continetur de statu nacionis ex ordinacione nacionis, que negocia recepit Bomundus a fratre Gerardo Fortis [8], executore predicti magistri Rogeri.

Sequuntur recepta ab Alberto Vorden, nato de Campis

Primo recepi a Guillielmo Figuli [9], tabernario in *tribus candelabris*, pro locagio antiquarum *scolarum magnarum* nacionis pro anno incipiente in festo sancti Remigii anni Domini 28^vl10^ et finiente in festo Remigii anni 29^l^, ij libras.

Item recepi unum salucium in auro ex archa nacionis 21^a^ die Januarii ad expedienda facta nacionis contra magistrum Paulum, in qua archa illa die reperiebantur quinque nobilia Anglicana et duo nobilia Burgundie et quatuor quarte nobilium

1. Sicut in *Libro proc.* refertur (*Auct.* II, 418, 25).
2. 1429, Aug. 26 (*ibid.*, 417, 31) et Sept. 23 (*ibid.*, 419, 15).
3. In congregatione Sept. 21 (*ibid.*, 418, 39); postea, 1430, Jan. 13, cum diceret se a receptore solum 8 sol. recepisse, natio receptori substituto injunxit ut scripta inspiceret et Boemundo satisfaceret (*ibid.*, 428, 36).
4. Gregorius Nicolai, cler. d. Cameracen., mag. Art.; bacc. Decr. 1428, Sept. 7 (*Fac. Déc.* I, 324); lic. 1430, Mar. 14 (*ibid.*, 354); Picardus, rector 1429, Jun. 23 (*Auct.* II, 414, 6; sed non in nomenclatura BULAEI).
5. Petrus de Gouda, electus ambassiator ad concilium generale Basiliae mense Maii celebrandum (*Auct.* II, 426, 7), illuc non ivit.
6. Electus in procuratorem 1429, Oct. 21 (*ibid.*, 420, 9).
7. Vide R. GANDILHON, *Sigillographie des universités de France*, Paris, 1952, p. 83, no. 99, pl. XIII.
8. Gerardus Fortis, ord. Carmel. (*Auct.*, II, 432, 16).
9. Guillelmus Figuli, probab. idem qui Guillelmus Potuli, vide *infra*, 44, 22.
10. Praedecessor ejus, a natione de locationibus scolarum 1429, Nov. 23 inquisitus (*Auct.* II, 424, 3), respondit se nihil recepisse (*ibid.*, 424, 37).

Anglicanorum [1] et duo salucia auri et sex corone in auro et 4^{or} albi, de quibus illi 4^{or} albi erant dati pro vino et unum salucium michi receptori.

Item a magistro Johanne Hase [2], receptore nacionis Normannie, pro locagio trium scolarum nacionis nostre pro anno incipiente a festo sancti Remigii anni Domini millesimi CCCC vicesimi octavi et finiente in festo sancti Remigii anni vicesimi noni, recepi iij francos.

Item a magistro Johanne Ase, receptore Normannie, pro conductione 4^{or} scolarum pro anno incipiente in festo sancti Remigii anni vicesimi noni et finiente in festo sancti Remigii anni tricesimi, iiij francos.

Item a Guillielmo Figuli, tabernario in *tribus candelabris*, pro memorato anno incipiente in festo Remigii anni XXIX^{i} et finiente in festo Remigii anni XXX^{i} pro locacione *magnarum scolarum antiquarum* nacionis, xx solidos.

(Fol. 12 verso) Sequuntur determinantes anno Domini millesimo CCCC^{o} XXX secundum usum Romanum [3]

Primo determinavit Oliverius Ghent [4], Trajectensis diochesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa iiij sol., et pro scolis, xx sol.

Item dominus Conradus Christophori [5], diocesis Maguntinensis, qui determinavit sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa iiij sol., pro scolis, xx sol.

Item dominus Henricus Bosch [6], Constanciensis diochesis, sub eodem, cujus bursa iiij sol., pro scolis, xx sol.

Item dominus Johannes Nestlin, Constanciensis diochesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa iiij sol., pro scolis, xx sol.

Item dominus Hilbrandus Koskul [7], diochesis Rigensis, sub eodem, cujus bursa viij sol., pro scolis, .l. sol.

Item dominus Conrardus Setzendran alias Wild [8], diocesis Saltzburgensis, sub eodem, cujus bursa iiij sol., pro scolis, xx sol.

Item de istis quinque quorum bursa est iiij sol., nichil recepi pro bursis quia nacio dedit ipsis terminum solucionis usque ad primam May.

Summa tocius : xix libre iiij solidi.

Item facta fuerat computacio 14^{a} May et deductis deducendis et defalcatis : item recepi post primum compotum a magistro Michaele Sutoris [9] tamquam ab executore magistri Rogeri de Edinburch defuncti in defalcacione summe debite per ipsum v francos.

Item ab eodem magistro Michaele et a Carmelita fratre Gerardo Fortis socio ejus pro recepta nacionis, de qua ultra pretactam receptam debebat vij francos, recepi vij francos.

Item a predictis duobus ex parte magistri Rogeri, qui debebat pecunias reservatas sibi ex parte nacionis de recepta contribucionis Universitatis pro reparacione virge argentee nacionis misse ad consilium Constanciensem, qui retinuit summam decem francorum, de qua summa remisit nacio summam 4^{or} francorum propter specialia puncta que reperientur, ut credo, in *libro procuratoris* [10], ac pro illis non recepi nisi vj francos [11].

(Fol. 13 recto) Sequuntur misie facte in prefata receptoria

De ordinacione nacionis magistro Radulpho Barnesse pro copiacione libellorum quos presentavit magister Paulus in diffamiam nacionis, 1 francum.

Item venerabili viro magistro Nicolao Amici, rectori [12] Universitatis, pro suis cappis, xij sol.

Item in Purificacione Nostre Domine pro singulis exceptis cereis, viij sol. ij alb.

Item pro copia citacionis quam misit magister Paulus domino procuratori et michi receptori, dedi magistro Radulpho Barnesse iiij sol.

1. In *Libro proc.* : « IIII corone nobiles » (*Auct.* II, 429, 17); probabiliter « Calais Noble » (G. C. Brooke, *English Coins*, London, 1955, 145).

2. Johannes Hase, lector *Ethicae* jam 1429 (*Auct.*, II, 409, 18).

3. Cf. *ibid.*, 430, 41-431, 6.

4. Oliverus Ghent, lic. et mag. Art. 1431 (*ibid.*, 448, 18; 449, 28).

5. In *Libro proc.* Conradus Prepositi, d. Maguntinen. (*ibid.*, 430, 48).

6. Henricus Bosch de Wil, lic. et mag. Art. 1432 (*ibid.*, 463, 7, 16).

7. Hilbrandus Koskul [*Kosskul*], de Prussia (*ibid.*, 430, 44); lic. et mag. Art. 1431 (*ibid.*, 448, 24; 449, 34); sub nomine mag. Brand Kocskule intit. Rostock 1444 (A. Hofmeister, *Die Matrikel der Universität Rostock 1419-1499*, Rostock, 1889 [abbr. Hofmeister, *Matr. Rostock*], I, 69 a).

8. Conradus Setzendran, alias Wild de Rattenberg, prope fluvium Inn in Austria, d. Salzburgen., lic. et mag. Art. 1431 (*Auct.* II, 448, 27; 449, 37); receptor 1431, 1432 (*ibid.*, 997); proc. 1431 (*ibid.*, 992); 1433, inter Apr. et Aug. recessit ((vide *infra*, 61, 30).

9. Michael Sutoris, d. Rotomagen., mag. Art., bacc. Decr. 1428 (*Fac. Déc.* I, 322); lic. Dec. 1432 (*ibid.*, 386).

10. Rogerius duos executores habebat : mag. Michaelem Sutoris et fratrem Gerardum Fortis, ord. Carm.; natio voluit procedere contra Gerardum, quia nondum solvit summam ratione executionis debitam. Cui supplicanti ut obligatio pecuniam restituendi deferretur, natio bene concessit (*Auct.*, II, 429-430; 432, 14-30), et 4 solidos pro inscriptione condemnationis pagavit (vide *infra*, 42, 24).

11. Marg. inf. : « Summa totius xix lib. iiij sol. ».

12. Nicolaus Amici, rector 1429, Oct. 9 (*Auct.* II, 419, 40; Bulaeus V, 920).

Item Bomundo bedello pro bursis Hilbrandi, viij sol.

Item scribe Universitatis pro inscripcione condempnacionis contra Carmelitam, ij alb.

Item in Annunciacione Beate Marie Virginis pro singulis viij sol. ij alb.

Item venerabili viro magistro Gerardo Iehe, rectori [1] Universitatis, pro suis capis, xiiij sol.

Item pro sallario meo [2], iiij lib.

Item Jacobo Derpi [3] apotecario pro cereis in festo Purificacionis habitis, xxvj sol.

Summa : viij lib. xviij sol.

Facta fuerat congregacio nacionis die quintadecima May, ad audiendum compotum receptoris.

Facta fuerat computacio per eundem sic quod summa receptorum ascendit ad xix lib. et iiij sol. et summa expositorum ascendit ad viij lib. xviij sol. et sic restabant nacioni decem lib. et vj sol., quos presentavit receptor integre ipsi nacioni in presencia domini procuratoris [4] magistri Martini Bereth et magistri Petri Leydis et magistri Johannis Ysteyn et receptoris magistri Alberti Vorden, de quibus x lib. et vj sol. erant data duo salucia Bomundo bedello pro suis laboribus et in prandio [5] tres franci, de quibus receptor obtulit se soluturum unum francum ex gracia sui officii; qui quidem compotus quoad omnia et quoad omnes magistros erat gratus, avoatus et recommendatus et ratificatus, excepto illo quod magister Johannes Ysteyn fecit difficultatem de eo quod receptor comparavit pro sallario suo iiij lib. quamvis tamen hoc sit de consuetudine. Conclusum erat eciam qualiter in manibus domini receptoris dimittentur duo nobilia ad expedienda facta nacionis et residua pecunia ponetur ad archam; tradita tamen fuit illa pecunia remanens domino receptori quousque nacio accederet archam. Et illis duobus saluciis defalcatis et duobus francis de summa pretacta remansit receptor obligatus nacioni in sex lib. et x sol., dummodo tamen ille tercius francus expositus non fuerat datus ex parte nacionis sed receptoris, alias enim non debetur nisi quinque libras et xiiij sol. Ita est ut premittitur Martinus Berech, procurator dicte nacionis Anglicanc.

M[artinus] Berech
[*sign. man.*] [6]

Facta congregacione XXX°, die 14ª May, ad audiendum primum compotum receptoris, quo compoto audito, deductis deducendis et defalcatis defalcandis, remansit receptor nacioni obligatus in decem libris et sex solidis, quos presentavit receptor magistris in facie nacionis, de quibus erant data duo salutia Bomundo bedello et tres franci in prandio, de quibus propriavit receptor unum francum, et sic istis adhuc defalcatis remansit receptor obligatus nacioni in sex libris et decem solidis, qui compotus ut postea conclusum fuerat quoad omnia habebatur gratus et ratificatus, et conclusum fuerat ut per manum procuratoris ita esse signaretur [7].

(Fol. 13 verso) Sequuntur misie facte per Albertum Vorden receptorem post primum compotum

Item pro instrumento condempnacionis Carmelite iiij sol.

Item pitanciario Sancte Genovefe pro anno incipiente in festo sancti Remigii anni vicesimi noni et finiente in festo Remigii anni XXX[1] pro scolis, xxxvij sol. vj den.

Item in festo Visitacionis Nostre Domine pro singulis pro Bomundo et prandio ejus, ix sol. j alb.

Item in festo Assumpcionis Nostre Domine pro singulis, viij sol. ij alb.

Item Colinet de Villatayn pro scolis pro anno incipiente in festo sancti Remigii anni vicesimi noni et finiente in festo sancti Remigii anni tricesimi, xxxvj sol.

Item de ordinacione nacionis magistro Martino Bereth, xv alb.

In festo Nativitatis Beate Marie pro singulis, vij sol.

Item magistro Radulpho Barnesse pro copia

1. Gerardus Gehe, rector 1429, Dec. 16 (*Auct.* II, 426, 41; sed non in nomenclatura Bulaei V).

2. Etsi quidem 1430, Maii 14 ejus recepta et malicia temporis visis, censerent receptorem 4 lib. pro salario non debere, natio decrevit quod « in Dei nomine haberet tantum »(*Auct.* II, 433, 42).

3. Jacquet Derpy, échevin, invenitur testis 1459, Jul. 20 et Aug. 3 (A. Vidier — L. Le Grand — P. Dupieux, *Comptes du domaine de la ville de Paris*, Paris, 1948 [abbr. *Comptes du domaine*], I, 882; 936).

4. Electus 1430, Apr. 7 (*Auct.* II, 432, 6).

5. In vico Citharae ad intersignium *Sanctae Katherinae* (*ibid.*, 433, 45).

6. Sequuntur tres lineae cancellatae : « Item exposui pro instrumento condempnacionis Carmelite iiij sol. Item pro pitanciario Sancte Genovefe pro scolis pro anno incipiente in festo sancti Remigii anni XXIX[1] et finientis in festo sancti Remigii anni XXX[1] xxxvij sol. vj den. »

7. Marg. inf. : « Summa : ix [?] lib. viij den. »

citacionis quam misit magister Paulus nacioni, ij sol.

Facta congregacione nacionis Anglie in profesto Mathei, apud Sanctum Maturinum, super tribus articulis, primus ad computandum seu audiendum compotum receptoris, et ad hunc auditus fuit compotus domini receptoris magistri Alberti Vorden et ascendit misia sua de post ultimum compotum ad v lib. ix sol. vj den. Et sua recepta ascendit ad xx lib. xviij sol. paris. [1] Et sic defalcata misia manet debitor in xv lib. viij sol. vj den., quam summam presentavit nacioni et voluit nacio illam summam poni ad archam nacionis, et fuit suus compotus ratus, gratus et avoatus et ipse receptor erat avoatus. Verumtamen quia adhuc difficultas fuit de suo sallario, conclusum fuit concorditer quod si receptor de rigore consuevit habere iiij lib., ita iste haberet; si autem non esset rigorosum, ipse haberet pro suo salario iij francos.

Ita est, in cujus signum ego Petrus de Gouda, natus de Leydis, procurator [2] pro tunc nacionis Anglie, apposui hic meum signum manuale.

PETRUS DE GOUDA
[*sign. man.*]

Item post 2[m] compotum exposui in prandio unum salutium aureum et unum francum, 1 salut. et 1 francum.

Item Bomundo bedello de ordinacione nacionis, ij lib.

Ita est. P[ETRUS] DE GOUDA,
procurator pro tunc nationis.
[*sign. man.*] [3]

[1430, SEPT. 21 — 1431, SEPT. 12]

(Fol. 14 recto) **Receptoria magistri Petri de Gouda, nati de Leydis, [d. Trajectensis]**

Anno Domini millesimo quadringentesimo trisesimo [*sic*], die sancti Mathei apostoli et ewangeliste, facta fuit congregacio nationis Anglie apud Sanctum Maturinum super electione novi receptoris. Ad quem fuit electus magister Petrus de Gouda, natus de Leydis, in receptorem, et quia ipse fuit procurator, substitutus fuit in procuratorem [4] antiquus receptor, scilicet magister Albertus Vorden, et fuit antiquus receptor in omnibus habitus gratus et avoatus. Et recepi claves, libros et pecunias existentes apud antiquum receptorem, et est summa ut sequitur, et ita fuit antiquus receptor quitus a natione.

Item recepi ab antiquo receptore in electione mea summam xj lib. paris. x sol. vj den. in tali moneta, scilicet tria nobilia Anglie, unum nobile Bourgondie, unum salutium, duo scuta dordiasencia Bourgundie [5] et residuum in moneta alba.

Sequuntur recepta per magistrum Petrum de Gouda

Item primo ab antiquo receptore, ut premissum est immediate, xj lib. paris. x sol. vj den.

Item a Guillelmo Potuli tabernario pro terminis sancti Jhoannis et Remigii anni XXX, xx sol.

Item a Judoco Nicolay vice et nomine Guillelmi Potuli pro *scolis parvis* bassis de termino Nativitatis anni XXX, x sol.

Sequuntur determinantes hujus anni scilicet XXX[1] more Romano

Item determinavit dominus Arnoldus de Wouda [6], Trajectensis dyocesis, sub magistro Jacobo Potter, cujus bursa viij sol. et pro scolis .l. sol. Et isti tradidit natio solucionis terminum usque ad festum Assumpcionis Marie proximum, sicut michi extitit dictum per procuratorem [7].

Item subdeterminavit dominus Cosmas Symonis [8], dyocesis Zagrebiensis, sub magistro Johanne Istein, cujus bursa nichil. Et pro quodam servicio pro natione ab eodem facto secundum deliberacionem nationis dimissa est sibi summa xx sol. paris. pro scolis et sic receptor ab eodem nichil recepit.

Item recepi per manus magistri Jacobi Potter,

1. Concordat *Lib. proc.* (*Auct.* II, 438, 16-20).
2. Electus 1430, Aug. 26 (*ibid.*, 437, 8).
3. Marg. inf. : « Summa v lib. vij sol. vj den. »
4. 1430, Sept. 30 (*Auct.* II, 440, 44); electus Oct. 21 (*ibid.*, 442, 43).
5. Dourdere, Dordoriz, Dourdret, monetae aureae species, Dorderacho, vulgo Dordrecht cusae, [1422] « piece d'or non fin, valant seize sols parisis; depuis fut criée à quatorze sols parisis » (DU CANGE, *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, Paris, 1842 [abbr. DU CANGE], II, 934).
6. Arnoldus de Wouda, lic. et mag. Art. 1432 (*Auct.* II, 463, 5, 13); intit. Lovanii 1434 (REUSENS, *Matr. Louvain*, 9).
7. Sequitur linea deleta et illegibilis.
8. Cosmas Symonis, lic. et mag. Art. 1433 (*ibid.*, 469, 7, 22).

procuratoris nationis, vicesima septima Marcii, [tria nobilia Anglie ponderis, ij nobilia Anglie levia, duo nobilia Bourgundie, quatuor quarte nobilis Anglie, unum salutium, et sex corone Francie, quam summam natio michi mutuavit ad magis honorifice complendum ea que concernebant rectoriam meam.[1] Et sibi promisi restituere cicius quo possem.

P[etrus] de Gouda
[*sign. man.*]

(Fol. 14 verso) Sequuntur nomina licenciatorum hujus anni[2]

Item licenciatus est dominus Oliverius Ghent, Trajectensis dyocesis, sub me Petro de Gouda, cujus bursa nichil

Item licenciatus est dominus Henricus de Eylsich, dyocesis Coloniensis, sub magistro Johanne Itstein, cujus bursa viij sol.

Item licenciatus est dominus Hilbrandus Koskul, dyocesis Rigensis, sub magistro Alberto de Vorden, cujus bursa viij sol., sed nacio dedit sibi terminum solucionis tam pro licencia quam magisterio festum Jhoannis Babtiste proximum.

Item licenciatus est dominus Conrardus Zetzendran, dyocesis Saltzburgensis, sub magistro Johanne Istein, cujus bursa nichil[3].

Sequuntur nomina magistratorum hujus anni[4]

Item incepit dominus Oliverius Ghent, Trajectensis dyocesis, sub magistro Johanne Potter, cujus bursa nichil.

Item dominus Henricus de Eylsich, Coloniensis dyocesis, sub magistro Johanne Istein, cujus bursa viij sol.

Item dominus Hilbrandus Koskul, Rigensis dyocesis, sub magistro Alberto de Vorden, cujus bursa viij sol.

Item dominus Conrardus Zetzendran, dyocesis Saltzburgensis, sub magistro Martino Berech, cujus bursa nichil[5], et ab isto cepi ij francos pro jocundo adventu ad nationem et viij sol. paris. pro cappis rectoris.

Item a magistro Oliverio Ghent recepi viij sol. paris. pro cappis rectorum, sed pro aliis ij francis pro jocundo adventu natio dedit sibi terminum usque festum Johannis Babtiste proximum.

Nota. Notetur et est bene notandum et considerandum quod termini solucionis reddituum super scolis nationis levandorum sunt festum Remigii, Nativitatis, Pasce, et Nativitatis beati Jhoannis Baptiste, sic quod termini incipiunt in festo Remigii et terminantur in festo Remigii. Et istud superfuit dubium usque in ista receptoria, sed in ista receptoria dominus receptor optinuit quod sic caperentur termini, sicut constat per quitancias quia non voluit dare reddituariis et specialiter illis de Sancta Genovefa pecuniam redditualem nisi illo modo facerent et signarent quitanciam. Et ergo de cetero unusquisque receptor capiat quitancias in illa forma et modo antequam tradat pecuniam.

Summa istius lateris : xiiij lib. viij sol. paris.

(Fol. 14 bis recto) Sequuntur misie facte per magistrum Petrum in presenti receptoria

Item primo in causa magistri Pauli[6] ad constituendum procuratores in curia officialis 2ª Septembris, j alb.

Item pro reparationibus *antiquarum scolarum*[7], xxiij sol.

Item in taberna cum operariis et Boemundo, ij sol.

Item in festo sancti Eadmundi pro servicio in ecclesia, vj sol.

Item in eodem die in prandio nationis, iij lib. paris. x [?]

Item in festo beate Katherine pro servicio, viij sol.

Item in crastino Andree pro missa defunctorum, vj sol. viij den.

Item in festo sancti Nicolay pro servicio, vij sol. iiij den.

Item in festo Concepcionis Nostre Domine pro servicio, viij sol.

1. Petrus de Gouda, rector 1431, Mar. 24 (*ibid.* 450, n. 2, Bulaeus V, 395, sed non in nomenclatura; Quicherat, *Procès*, I; 411).

2. Cf. *Auct.* II, 448, 15-29.

3. Expunct. « iiij sol ». Quia nonnulli de baccalariis, quibus pro bursis 4 sol. taxati erant, nondum (ob paupertatem) solverant, natio, deliberatione 1431, Mar. 10 habita, jussit receptorem taxam « iiij sol. » cancellare et verbum « nichil » scribere (*ibid.*, 448-449).

4. Cf. *ibid.*, 448, 15-29.

5. Vide *supra*, 45, n. 3.

6. Paulus Nicolai de Sclavonia, de quo vide *supra*, 3, n. 3.

7. Congregatione Oct. 6 habita natio voluit receptorem onus de scolis providendi habere et adire tectores, qui scolas visitarent et repararent (*Auct.* II, 441, 16).

Item in festo Purificacionis Nostre Domine pro servicio, viij sol.

Item pro scolis *septem artium* illis de Sancta Genovefa, scilicet priori et pitanciario, pro anno incipiente in festo Remigii anni Domini millesimi quadringentesimi tricesimi et finiente in festo Remigii anni tricesimi primi, xxxvij sol. paris. v[j den.]

Item in festo Annunciacionis Nostre Domine pro servicio in ecclesia, vij sol.

Item in festo Purificacionis Nostre Domine Jacobo Derpi pro illuminaribus, xxxiij sol. viij den.

Item pro salario meo, iiij lib. paris.

Item pro bursis Boemundi a duobus licenciatis et magistratis, xxxij sol. paris.

Item pro cappis meis [1], viij sol. paris.

Summa misiarum hujus lateris : xvj lib. xv sol. x den. paris.

Facta congregacione nationis Anglicane apud Sanctum Maturinum prima Julii [2], super audiendo compotum receptoris, computavit receptor in presencia nationis et ascendit sua recepta ad summam xxvij [lib.] viij sol. vj den. paris. Et sua misia ascendit ad summam xvj lib. xv sol. x den. paris., [3] qua defalcata restat summa x lib. xij sol. viij den. paris. Et hanc summam presentavit idem receptor et tradidit presencialiter nationi ex integro et per omnia et sic pro tunc fuit ipse de hac summa exoneratus. Et nacione adhuc sedente, fuit per consensum ejusdem nationis traditum Bohemundo supplicanti pro aliquali sua sustentatione unum nobile [4] Anglicum boni ponderis. Residuum vero tradidit ipsa natio receptori quousque ipsa iret ad archam positura partem residue in eadem secundum suum dictamen. In fidele autem testimonium omnium predictorum ego Albertus de Vorden, pro tunc procurator [5] pretacte nacionis, signum meum manuale hiis apposui.

A[lbertus] Vorden
[*sign. man.*]

(Fol. 14 bis verso) Misia post compotum factum

Item pro annualibus redditibus *scolarum magnarum* nacionis cuidam scutifero vocato Colinet de Villetain triginta sex sol. paris. pro anno incipiente in festo Remigii anni XXX et finiente eodem festo anni XXXI.

Item in prandio nationis die computationis, ij lib. paris.

Item in die Visitationis Nostre Domine pro servicio in ecclesia, viij sol.

Item eadem die post missam propter honorem festi et magistri nostri magistri Jhoannis Grawerstein supervenientis et juvantis ad explecionem et perfectionem servicii convenerunt procurator et magistri presentes cum supranominato magistro nostro et Boemundo, et exposuerunt x sol., quos nomine nationis voluerunt quod receptor exponeret et computaret; tamen ultra istos x sol. solvit receptor ex bursa sua vj sol. paris. pro se ipso.

Item pro cappis magistri Jhoannis de Ponte [6] rectoris, viij sol.

Item pro pergameno rotuli nationis, iij sol. iiij den.

Item in die Assumptionis Marie pro servicio in ecclesia, viij sol.

Item pro scriptura rotuli nacionis, x sol.

Item pro mundacione scolarum nacionis et reparatione unius et servicio in festo Nativitatis Marie, xx sol.

Summa misiarum : sex lib. xv sol. iiij den.

Sequitur recepta post compotum

Item primo in die computationis, scilicet prima Julii, in presencia nationis recepi ab eadem natione viij lib. paris. viij sol. viij den., et hanc summam cepi in nobilibus et coronis, de quorum nobilium uno non habui nisi xl [sol.?].

Item a Judoco Nicolay pro locagio bassarum scolarum super terminis Pasce et sancti Jhoannis sub bono compotu, xj sol. paris.

1. I. e. Petrus de Gouda; vide *supra*, 5, n. 7.

2. Compotus receptoris ad Jul. 1 dilatus est, nam receptor, quia nunc etiam rector erat, impeditus est (*ibid.*, 454, 16-22, 25).

3. Concordat *Lib. proc.* (*ibid.*, 454, 30).

4. In *Lib. proc.* : « antiquum nobile anglicanum » (*ibid.*, 455, 20).

5. Electus 1431, Apr. 7 (*ibid.*, 450, 34).

6. Haec sententia postea cancellata est. Johannes de Ponte, nat. Picard., libri per illum 1422 accomodati (*Bibl. Mazar. ms. 3323*, fol. 73); cursor fac. Theol. 1427 (*Chart. IV*, no. 2313, p. 477); 1427, Apr. supplicavit ut *Ethicam* legeret (*Auct.* II, 364, 19); rector 1431, ca. Jun. 23 (*BN ms. lat. 5494*, p. 126, non p. 103 ut habet *Auct.* II, 454, n. 6; non in nomenclatura Bulaei V); 1433 receptor nationis Picardiae (*Chart.* IV, no. 2429, p. 551, ubi erronee « Franciae » adnotatur).

1436, Feb. mag. Theol. (*ibid.*, no. 2474, p. 576; *BN ms. lat. 5494*, p. 176); 1436 Sept. mag. regens in fac. Theol. (*ibid.*, no. 2492, p. 593; *BN ms. lat. 5494*, p. 183); 1436 Dec. commissarius cancellarii eccl. Paris. (*Chart.* IV, no. 2495, p. 594); 1438 mag. regens (*ibid.*, no. 2526, p. 607).

Item de una coronarum summe recepte Bohemundus habuit in cambio xx sol. paris.

Summa receptorum : octo lib. xiij sol. viij den.

Facta congregacione nacionis Anglicane apud Sanctum Mathurinum duodecima Septembris : super duobus articulis, primum fuit ad audiendum compota domini receptoris, quia recessurus erat[1]; 2us erat super supplicacionibus et injuriis. Quoad primum articulorum, compotus domini receptoris fuit auditus, nam summa receptorum per ipsum ascendit ad summam viij^{o} lib. tredecim sol. paris. et viij den., summa vero misie ad vj^{o} lib. xv sol. iiij den., et sic restant xxxviij^{o} sol. iiij den. debiti nationi, quam summam tradidit nationi et ultra istam summam superaddidit iij sol. viij den., et promisit solvere duos francos pro magistro Oliverio Gaent quandoque opus fuerit et ad hoc faciendum assignavit magistrum Henricum de Denngen[2], et de facto magister Conrardus respondet pro viij sol. paris. quos debebat dicto receptori. Quoad 2^{m} articulum supplicavit dictus receptor ut haberetur gratus, et ejus supplicacio fuit concessa. Item in eadem congregacione nacio substituit in receptorem magistrum Conradum Wild alias Sezendran. Ita est. Martinus Berech, procurator[3] dicte nacionis.

M[artinus] Berech
[*sign. man.*]

[1431, SEPT. 12 — 1431, SEPT. 21

Receptoria magistri Conradi Wild alias Sezendran, d. Salzburgensis, substituti]

(Fol. 15 recto) **Substitucio magistri Conradi Wild alias Sezendran in receptorem alme nacionis Almanie propter recessum magistri Petri de Gouda ad rotuli coram summo pontifice presentacionem**

Habita enim congregacione prelibate nacionis aput Sanctum Maturinum, anno Domini M-^{o} CCCC^{o} 31°, die quindecima mensis Septembris, super duobus articulis, primus erat ex parte notarii publici nacionis Almanie, qui cum diu servierat nacioni pro facto magistri Pauli, ipse petebat nacioni certam summam pecunie pro expensis et laboribus ejusdem. Cui annuens nacio ei unum salutium tradendo, quoniam de minori non potuit contentari. 2us articulus erat super supplicacionibus et injuriis. Quantum enim ad primum ita factum fuit quemadmodum promissum est in primo articulo. Quantum ad 2^{m} supplicavit dominus procurator prefate nacionis, puta venerabilis magister magister Martinus Berech, quatenus sibi committerentur domus nacionis, puta *Dacie*[4] et *Cornu Cervi*[5]. Cui quidem supplicacioni annuit nacio, eam in formam concedendo ut racionis est quia procurator[6].

Sequitur recepta a magistro Conrado predicto

Et recepi, habito computo magistri Petri de Gouda, unum nobile, quod quidem nobile erat parvi pretii. Nam recepimus dumtaxat in ponte 34 sol. paris. teste magistro Martino Berech.

1. Sc. ad curiam Romanam cum rotulo (*Auct.* II, 451, 13). Rotulus ad Eugenium IV portatus Romae 1431, Dec. 28 signatus est (*ibid.*, 453, n. 1).

2. Qui fidejussor Petri antea fuit (*ibid.*, 456, 13). De duobus francis ab Oliverio Ghent debitis vide *ibid.*, 453, 23-454, 1, 34-40.

3. Substitutus procuratoris 1431, Aug. 7 (*ibid.*, 455, 38); electus Aug. 18 (*ibid.*, 456, 39).

4. Hic agitur de illa domo « provinciae Daciae », in « vico de la Galandre », quae 1430, Aug. 23 acquisita est (*Auct.* II, 436, 24-26; Bulaeus V, 390-392), permutatione facta contra antiquam domum Daciae juxta collegium Laudunense in vico Sanctae Genovefae, quae fundata est 1314 (*Auct.* I, XIX; LXIV; Boyce, *English - German Nation*, 140). Domus noviter acquisita « assise à Paris contre le Petit Pont en la rue de la Gallande, à l'opposite de l'huis par lequel l'on entre à Saint Julien le Pauvre » (Bulaeus V, 391) vulgariter etiam domus ad « intersignium pomi rubei » (*Auct.* II, 534, 4) nominata est. In quodam instrumento 1572, Feb. 11 dato, invenitur explicatio hujus intersignii : « Domum sitam in vico dicto *Galande* ad intersignum *Pomi Rubri* que olim fuit defuncti domini *Ludovici Pommier*, quondam canonici Parisiensis, per eum legatam pro carta fundatione in eadem ecclesia facta » (*Arch. Nat. LL 157*, f° 615, Cf. Berty-Tisserand-Platon, *Topographie historique du vieux Paris, Région centrale de l'Université*, Histoire générale de Paris, Paris, 1897, p. 159 [abbr. Tisserand, *Topographie*]; H. Schück, « Svenska Pariserstudier under medeltiden » *Kyrkohistorisk skrift* [1900], p. 43).

5. Domus ad *cornu cervi* seu *domus Lincopiae* (*Auct.* II, 490, 26) in vico Judae, juxta S. Hilarium, contra collegium Lombardorum (Boyce, *English-German Nation*, 146; *Auct.* I, XIX; LXIV; A. L. Gabriel, *Skara House at the Mediaeval University of Paris. History, Topography, and Chartulary*, Texts and Studies in the History of Mediaeval Education n° IX [abbr. *Skara House at the Med. University of Paris*], Notre-Dame, 1960, 35-43).

6. Sept. 18 nationi placuit Martinum procuratoriam domorum habere si opus esset (*Auct.* II, 457, 13).

Sequitur misia 34 solidorum predicti receptoris

Primo namque predicto notario prefate nacionis dedi unum saluscium;

2° autem revera quia prelibatus receptor, puta magister Petrus Leydis, erat portitor [*sic*] rotuli et ita debebat recedere et cum more solito debebat solvere jocundum recessum; ipso autem non solvente, nacio primo exposuit in taberna 4 sol;

3° autem, congregatis magistris predicte nacionis, exposui 8 sol. Quia magister Petrus noluit solvere, nacio recepit supra se, et ita magister Conradus predictus qui erat substitutus in receptorem fuit quittus a nacione Almanie matre sua, teste signo meo manuali hic submisso.

M[ARTINUS] BERECH
[*sign. man.*]

Ita est. MARTINUS BERECH procurator nacionis pro tunc.

M. CONRADUS WILD
[*sign. man.*]

Facta congregacione nacionis Anglicane apud Sanctum Maturinum, M° CCCC° tricesimo primo, in die sancti Mathei, super tribus articulis, primus fuit ad audiendum compota domini receptoris seu substituti, et quoad istud articulum auditus fuit compotus domini receptoris, scilicet magistri Conradi Wild, cujus misia post ultimum compotum factum ascendit ad summam triginta quatuor sol. et ejusdem recepta ascendit ad eandem summam scilicet xxxiiij^{or} sol., et sic defalcatis defalcandis hinc inde predictus receptor, scilicet magister Conradus, manet quittus apud nacionem predictam et ejusdem compotus fuit gratus et recommendatus. 2us articulus erat pro electione receptoris, et quoad hunc fuit electus in receptorem magister Martinus Berech. 3us articulus fuit communis super supplicacionibus et injuriis et quoad hunc supplicavit antiquus receptor quatenus haberetur gratus et recommendatus et awatus quoad sua compota facta in facie nacionis. Cujus supplicacio fuit concessa in forma. Et hoc ego Martinus Berech, procurator pro tunc prefate nacionis, ita esse testificor. Immo hic signetum meum manuale apposui anno et die quibus supra.

M[ARTINUS] BERECH
[*sign. man.*]

[1431, SEPT. 21 — 1432, SEPT. 21

Receptoria magistri Martini Berech de Hungaria]

(Fol. 15 verso) Anno Domini M° CCCC° tricesimo primo facta fuit congregacio venerabilis nacionis Anglicane apud Sanctum Maturinum, ipsa die sancti Mathei apostoli et ewangeliste [1], super electione novi receptoris vel continuacione antiqui ut moris est in predicta nacione. Et fuit electus concorditer in receptorem prefate nacionis Martinus de Berech, magister in Artibus et bachalarius formatus in sacra pagina. A predecessore vero ejus nichil recepit, et hoc lucidius apparere potest intueri volenti in precedenti pagina.

M[ARTINUS] BERECH
[*sign. man.*]

Secuntur nomina determinancium hujus anni scilicet *31* [2]

Primo determinavit dominus Johannes Clipston [3], natus de Anglia diocesis Lincolnensis, cujus bursa decem sol., et pro scolis, lx sol. paris.

Item determinavit dominus Johannes de Meroda [4], diocesis Coloniensis, cujus bursa decem sol., et pro scolis, lx [sol.]; huic tamen nacio tradidit terminum pro solucione scolarum festum Penthechosten proximo futurum, ut patet papirum procuratoris [5].

Item determinavit dominus Henricus Medenbach [6], Maguntinensis diocesis, cujus bursa iiij sol., et pro scolis ex speciali gracia nacionis, xx sol.

1. In *Libro proc.* legitur: « vicesima die mensis Septembris » (*Auct.* II 458, 11).

2. Cf. *ibid.*, 461, 34-462, 9.

3. Johannes Clipston, lic. et mag. Art. sub mag. Alberto Vorden 1433 (*ibid.*, 469, 1, 16). Post tot annos primus Anglicus (*ibid.*, 462, n. 3).

4. Johannes de Meroda, d. Leodien., intit. Coloniae 1430 (KEUSSEN, *Matr. Köln*, I, 328); lic. et mag. Art. Paris. 1433 (*Auct.* II, 468, 42; 469, 14); proc. 1433 (*ibid.*, 992).

5. Cf. *ibid.*, 462, 25-29.

6. Henricus de Medenbach [*Medebach*], d. Maguntin., intit. Coloniae 1424 (KEUSSEN, *Matr. Köln*, I, 266); de Maguncia (*Auct.* II. 462, 1); lic. et mag. Art. Paris. 1433 (*ibid.*, 469, 3, 18).

Item determinavit dominus Johannes Magni [1], Aboensis diocesis, cujus bursa iiij sol., et pro scolis triginta, ab eodem recepi pro toto, xxxxx sol. paris.

Item determinavit dominus Judocus Bernardi [2], Maguntinensis diocesis, cujus bursa iiij sol., et ipse posuit vadium nacioni, cui eciam nacio dedit terminum solucionis festum Remigii proximum.

Item determinavit dominus Henricus Horen [3], Trajectensis diocesis, cujus bursa nichil.

Secuntur nomina licenciatorum hujus anni [4]

Item licenciatus est dominus Arnoldus de Wouda, Trajectensis diocesis, cujus bursa viij sol.

Item licenciatus est dominus Henricus Posch, Constanciensis diocesis, cujus bursa iiij sol.

(Fol. 16 recto) Secuntur nomina incipiencium hujus presentis anni [5]

Item primo incepit dominus Arnoldus de Wouda, Trajectensis diocesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa viij sol.

Item incepit dominus Henricus Posch, Constanciensis diocesis, sub magistro Martino de Berech cujus bursa iiij sol.

Item a Judoco Nicholay pro *antiquis scolis* pro duobus terminis, xx sol.

Summa recepte ascendit ad viginti septem libras paris.

Secuntur exposita facta pro nacione in presenti receptoria

Item primo, in die sancti Mathei, prandio nacionis tradidi iij lib. par. et vj sol. [6].

Item in causa exorta inter nacionem et quendam burgensem [7], xij Octobris occasione *antiquarum scolarum*, magistro Symoni Riceri [?], v sol.

Item eadem die promotori magistro Johanni Francissi [8] et Guenardo cum suis sociis, pro vino, iij sol.

Item decima quinta Octobris, quia fuimus citati ad Castrum et fuerunt dati jurati ex parte curie [9] ix sol. 1 alb. minus.

Item vicesima nona Octobris pro uno procuratorio, iiij sol.

Item tercia Novembris quibusdam juratis qui me consuluerunt, scilicet magistris P. Claudo, Chanson et Ratheo, viij sol.

Item quarta mensis Novembris pro juratis, xxx sol.

Item eadem die dedi eisdem pro vino in taberna, v sol. iij den.

Item octava Novembris pro visitacione domus domini abbatis Noomonsis quibusdam juratis, iiij sol.

Item eadem die clerico scribenti reaportum et suo magistro, iiij sol.

Item in festivitate sancti Eadmundi in ecclesia pro servicio, xij sol. iiij den.

Item eadem die in prandio nacionis, iij lib. iiij sol.

Item in festo sancte Katerine pro divino servicio, viij sol.

Item in crastino sancti Andree pro divino servicio, viij sol. et viij den.

1. Johannes Magni de Finlandia, d. Aboensis, immatr. Lovanii 1430 (Reusens, *Matr. Louvain*, 104); lic. et mag. Paris. 1433 (*Auct.* II, 469, 5, 20).

2. Judocus Bernardi de Alta Almania (*ibid.* 462,4).

3. Henricus Horn, lic. et mag. Art. 1433 (*ibid.*, 468, 39; 469, 12). Ultimus qui ante festum S. Mathaei recessit, de quo vide *ibid.* 473, n. 2.

4. Cf. *ibid.* 463, 1-9.

5. Cf. *ibid.*, 463, 11-18.

6. In *Libro proc.* : « III lib. et V sol. » (*ibid.*, 458, 25).

7. Ille domum prope scolas antiquas in vico Straminis aedificare volens, sine consensu nationis murum scolarum perforavit (*ibid.*, 459, 11-24).

8. Utrum idem sit ac Johannes Bourilleti an Johannes Francisci bac. Decr. nescimus. — Johannes Bourilleti, alias Francisci, cler. Eduens. d., qui 1387 mag. Art. (*Chart.* III. no. 1541, p. 451) dicitur et 1403 « presb. Eduens. dioc. mag. in Art. et lic. in dec. »; « scol. in Theol. in quinto anno » (*Chart.* IV, no. 1790, p. 65; no. 1796, p. 82); 1409 ambass. Univ. ad concilium Pisanum; 1414 mag. collegii Forteti; 1448 lic. Decr. et bacc .Theol. annum 70 ^{um} agens excessit et thesaurium eccl. Senonen. resignavit (*ibid.*, no. 11, p. 89).

Hunc Johannem Bourilleti eundem esse dicit *Auct.* V, 21, n. 4, ac Johannem Francisci, d. Tullen., qui ad gradum bacc. Decr. accedit 1417, Nov. 30 (*Fac. Déc.* I, 187) et 1422 adhuc bacc. erat (*ibid.*, 229). 1432, Nov. mentio fit de Johanne Francisci, mag. Art. et lic. Decr., qui aetatis 66 annorum vel circiter erat (*ibid.*, 378-379). Johannes Francisci mortuus est 1451 (*Auct.* II, 842, 39).

Johannes Francisci bacc. Decr., obtinuit 1417 (*Fac. Déc.* I, 187); Johannes Bourilleti lic. Decr. 1403 asseritur; qua de causa nobis videtur nec Johannem Francisci, bac. Decr., nec Johannem Francisci, mag. Art. et lic. Decr. 66 annorum 1432, hunc Johannem Bourilleti fuisse.

9. Conradus Wild, procurator, rationem habens, de hac causa ait : « ibidem fecimus magnas expensas » (*Auct.* II, 459, 23).

Item in festivitate sancti Nicholay pro divino servicio, viij sol.

Item in festivitate Concepcionis Virginis Gloriose in missa, viij sol.

Summa expositorum presentis pagine : xij lib. paris., vj sol., xj den.

(Fol. 16 verso) Item in festivitate Purificacionis pro divino servicio, viij sol.

Item in festo Annunciacionis in ecclesia pro servicio, vij sol. iiij den.

Item Jacobo Derpi pro luminaribus et tedis, —.

Item pro scalario meo et pena, iiij lib.

Item Jacobo Derpi pro tedis cereis etc., xxxviij sol. viij den.

Item pro cappa magistri Gwillelmi Echocard [1], viij sol.

Item pro cappa domini rectoris, scilicet magistri Johannis Chufard [2], viij sol.

Item Boemundo pro suis bursis, xliiij sol. paris.

Summa expositorum per dominum receptorem prefatum ascendit ad xxij lib. paris. et vij den. paris.

Facta congregacione nacionis Anglicane aput Sanctum Maturinum super duobus articulis anno Domini M° CCCC° 31°, die quarta [3] mensis Aprilis, primus erat ad audiendum compota receptoris prelibate nacionis; 2us erat communis super supplicacionibus et injuriis. Quoad primum auditus fuit compotus domini receptoris in facie nacionis, cujus recepta ascendit ad summam viginti septem librarum paris. Misia vero eiusdem ascendit ad summam viginti duarum librarum septem den. paris. Qua summa viginti duarum librarum et vij den. paris. remota a summa recepte per predictum receptorem, scilicet viginti septem librarum, dictus receptor remanet debitor prefate nacioni in summa quatuor librarum, viginti unum solidorum et quinque denariorum paris. Et per hunc modum prelibata nacio voluit habere et de facto habuit gratum, avatum et recommendatum predictum receptorem. Quoad 2^{m} articulum supplicavit dominus receptor quatenus nacio haberet eundem et computa ejusdem grata et avuata. Supplicavit eciam dominus Boemundus quatenus nacio eidem vellet in aliquo subvenire, et quoad superiorem domini receptoris concessa fuit in forma. Quoad supplicacionem Boemundi nacio eidem libere voluit tradere unum saluscium. Insuper nacio tradidit libere procuratori pro tunc exeunti propter suas penas et labores quos habuit per spacium septem mensium in officio procuratoris summam octo solidorum paris., de qua regraciatus est eidem nacioni. Placuit eciam quod magister Albertus Vorden pro ludo in organis [4] in festis nacionis haberet sex solidos. In quorum omnium testimonium, ego Conradus Wild alias Sezendran, pro tunc procurator [5] nacionis sepedicte, hanc conclusionem ex unanimi consensu nacionis conclusi propria manu scripsi et signeto meo hic apposito anno etc. supra signavi in signum veritatis.

Conradus Wild
[*sign. man.*]

Sequuntur misie facte post compotum

Primo in prandio facto die computacionis, xxiiij sol.

Item eadem die ex deliberacione nacionis magistro Conrado procuratori pro tunc, viij sol.

Item magistro Alberto pro suo ludo in organis in festis nacionis, vj sol.

Item pro scolis *septem arcium* priori et pitanciario ecclesie Sancte Genovefe, xxxvij sol. vj den.

1. Guillelmus Estocart, d. Ambianen., mag. Art., bacc. Decr. 1424, 1425 (*Fac. Déc.* I, 261; 266); presb. d. Ambianen., curatus eccl. parroch. de Serain, d. Cameracen., et can. eccl. S. Gaugerici, d. ibidem. (*ibid.* 266); lic. Decr. 1426, Apr. 4 (*ibid.*, 276); rector 1431, Oct. 10 (*Auct.* II, 458, n. 4).

2. Johannes Chuffart, Picardus (*Auct.* II, 263, n. 3); bacc. Decr. 1415, lic. 1416 (*Fac. Déc.* 157; 149); 1419 inter septem ambassiatores Univ. ad Martinum V missos (*Auct.* II, 263, n. 3); 1421 adivit regem Angliae, Henricum V, ex parte capituli Paris. ut Johannem Breviscoxae (Courtecuisse) in episcopum Paris. electum coram rege excusaret (M. G. Grassoreille, « Histoire politique du chapitre de Notre-Dame de Paris pendant la domination anglaise », *Mém. de la soc. de l'hist. de Paris et de l'Ile-de-France*, 9 (1882), 139); rector 1421, Oct. 10 (*Auct.* II, 284, n. 3; sed non in nomencl. Bulaei V); cum archiepisc. et pluribus aliis Senas, 1423, Feb. 12 adivit (*ibid.*, 305, n. 2).

Can. Paris. ad officium cancellarii eccl. Paris. electus est 1429 sed, cancellaria ob contentionem quamdam usque 1433 adhuc vacante, admissus est 1433, Maii 20 (*Chart.* IV, no. 2430, p. 551; *Arch. Nat. LL 114*, p. 45 [fol. XXIII recto]); rector 1431, Dec. 16 (*Auct.* II, 460, n. 4; sed non in nomencl. Bulaei V), in quo officio agens 1432, Mar. 8 refertur (*Chart.* IV, no. 2410, p. 539); inter ambassiatores villae et Univ. ad regem Carolum VII 1436, Apr. 27 — Jun. 1 missos ut cancellarius nominaretur (*Auct.* II, 487, n. 2); dr. Decr. 1437 (*Fac. Déc.* II, 27); 1444 decanus fac. Decr. (*ibid.*, 123). 1448, Paroch. eccl. S. Eustachii. Obiit 1451, Maii 8 (*Arch. Nat. LL 117*, p. 40).

3. In *Libro proc.* « die sexta mensis Aprilis » (*Auct.* II, 463, 32).

4. Cf. *ibid.*, 463, 44.

5. Electus 1431, Sept. 21 (*ibid.*, 458, 20).

Item Boemundo nacio tradidit libere una cum suis bursis pro suo sublevamine xxij sol.

Item pro residuo bursarum Boemundi eidem tradidi xvj sol.

Item in festo Assumpcionis pro servicio divino et in festo Nativitatis Virginis Gloriose, xvj sol.

Item pro cappa domini rectoris scilicet magistri Nicholai Coquerel [1], iiij sol.

Item pro cappa mea [2], iiij sol.

(Fol. 17 recto) Sequuntur recepte facte post compotum

Item a domino Johanne Magni, Abboensis diocesis, quia pro bursis suis nacio in suo gradu bachalariatus tradidit terminum festivitatem Pasche ut persolveret easdem, ut patet in papiro procuratoris, immo recepi ab eodem pro suis bursis post compotum factum xx sol.

Item [*sic*].

[1432, SEPT. 21 — 1433, MAR. 28]

Receptoria magistri Conradi Wild oriundi de Ratenberg in fine Bavarie prope Ytaliam

Anno Domini M° CCCC° 32°, mense Septembris die vicesima peracta, fuit congregacio venerande nacionis Almanie sive Anglicane aput Sanctum Maturinum more solito in die sancti Mathei evangeliste et apostoli super electione receptoris novi ejusdem nacionis. Et fuit electus unanimi magistrorum prelibate nacionis consensu in receptorem prefate nacionis Conradus Wild alias Sezendran, in Artibus magister, Saltzburgensis dyocesis, natus de Rotenberga in principio moncium prope Hall. Qui quidem receptor a predecessore ejus nichil penitus recepit, ut lucidius in computacione apparebat. Sed recepit nomine nacionis prefate a magistro Henrico Düngen, qui erat fidejussor nacionis ex parte magistri Petri de Gouda pro summa 25 librarum.

Primo [3] in computacione pro prandio in festo sancti Mathei, 36 sol.

2° pro magistro Alberto Vorden pro magna procuratoria [4], 10 sol.

3° pro antiquo receptore quia nacio sibi debebat 1 francum.

4° pro bedello novo scilicet Nicolao [5] cui nacio libere dedit 4 francos.

5° quia Boemundus recepit pro festo uno nacionis a magistro Henrico Düngen 10 sol.

6° michi receptori dedit dimidium francum pro uno festo futuro etc. et postea unum francum pro aliis festis.

Item recepi a Judoco Nicolay pro duobus terminis pro *antiquis scolis* et pro uno alio termino, scilicet pro termino Pasce et Johannis Babtiste et Remigii anni 32., quia prius dedit pro uno termino xj sol. et ita recepi nisi novem sol. paris., et eciam predictus Nicolay solvit magistro Petro x sol., qui non sunt scripti in papiro presenti, scilicet pro termino sancti Johannis Baptiste anni 31[1], et ita ille idem eosdem sol. x tenetur nacioni, de quibus quidem x sol. predictus Judocus Nicolay habet quitanciam a magistro Petro, et sic predictus Judocus est quittus pro duobus annis a nacione et ei nichil tenetur, ut patet per papirum. Eciam predictus Judocus Nicolay noluit tenere scolas bassas pro pacto, scilicet 40 sol., sed voluit eciam habere superiores, et ita predictus receptor eidem locavit eciam superiores scolas una cum bassis pro 40 sol. paris. quoniam aliunde non potuit reperire plus pro anno, scilicet 32 incipiente in festo Nativitatis anno Domini M° CCCC° 32° etc., 29 sol. paris.

Et predictus receptor dedit in locacione scolarum pro vino 4 sol.

Item recepi a magistro Henrico Düngen in festo sancti Eadmundi et eciam in eodem exposui in missa et in prandio ij lib. par.

Item exposui in festo sancte Katherine septem solidos et 8 denarios, vij sol. et 8 den. (14 sol. den.)

Item exposui in festo sancti Nicolay, vj. sol. et 8 den. (14 sol. den.)

Item in festo Concepcionis Marie Virginis, vj sol. et 8 den. (14 sol.).

1. Nicolaus Coquerel, Pic., presb. d. Ambianen., 1426-27 et 1427-28 cursor fac. Theol. (*Chart.* IV, no. 2294, p. 466; no. 2329, p. 485); 1432 bac. Theol. (*ibid.*, no. 2419, p. 546); rector 1432, Mar. 24 (*Auct.* II, 463 n. 1; *Gallia Christiana* VII, 300; sed non in nomenclatura Bulaei V); rector 1444, Oct. 10 (*Auct.* II, 599, 15; sed non in nomencl. Bulaei V); rector 1445, Mar. 24 (*Auct.* II, 612, n. 6, cf. vide *infra*, 121, 23, n. 2; sed non in nomencl. Bulaei V).

1446 praepositus eccl. Ambianen. (*Auct.* II, 463, n. 1). Collegium a suo nomine nuncupatum condidit (cf. Berty-Tisserand-Platon, *Topographie hist. du vieux Paris*, VI, 51-53); obiit 1463, Apr. (Molinier, *Obituaires* I, 770).

2. Martinus Berech, rector 1432, Jun. 23 (*Auct.* II, 466, n. 2; Bulaeus V, 921).

3. Margine sinistro : « Illa exposita sunt ».

4. Electus 1432, Apr. 7 (*Auct.* II, 464, 16).

5. Nicolaus (Colinus : *ibid.*, 476, 48 et al.), d. Treveren. (*ibid.*, 508, 37), subbedellus, mortuus est ca. Feb. 17, 1451 (*ibid.*, 846, 37; vide *infra*, 196, 28, n. 12).

Item in festo Purificacionis Marie pro missa, vj. sol et 4 den. (14 sol.)

Item pro candelis in eodem festo, vj sol. 4 den. [1].

Item in festo Annunciacionis Virginis Marie, vj. sol. 4 den.

Item quatuor lib. paris. pro salario prefati receptoris.

Facta congregacione nacionis Almanie aput Sanctum Maturinum anno Domini M° CCCC° 32, mensis Marcii die 21ª, super tribus articulis, primus erat ad audiendum compotum receptoris prefati et super ordinacione festivitatis, 2us super supplicacionibus et injuriis. Quoad primum auditus fuit compotus dicti receptoris, et fuit ejus recepta 9 lib. paris, minus 2 sol. et misia fuit 8 lib. paris., et ita dictus receptor tenebatur nacioni in duobus sol. paris. Et quia predictus receptor fuit detentus gratus, avatus et recommendatus de suo compoto dum tamen solveret nacioni quando et cicius quo posset habere vinum de suo salario quatuor librarum, quod salarium sibi nacio libere dedit, et quia dictus receptor recepit 4 francos ex parte provincie ejusdem nacionis pro uno libro concesso magistro Rolando [2], doctori in Medicinis et canonico in Palacio, cui predictus receptor concessit unum librum de domo provincie in quo continentur *commenta Alberti super diversos libros physice*, et prefatus magister Rolandus dedit eidem receptori 4 francos in vadio et ita predictus receptor supplicavit quatenus eidem franci 4 *(Fol. 17 verso)* defalcarentur in salario suo, quod nacio annuit, et sibi nacio dedit quitanciam de dictis quatuor francis provincie pro suo solario defalcando. In cujus rei testimonium hic apposuit signum suum manuale procurator ejusdem nacionis Almanie, puta magister Albertus Vorden, anno Domini Mc CCCC° 32, mensis Marcii die 21ª.

A[LBERTUS] VORDEN
[*sign. man*].

Item eodem die, peracto prandio quod solutum est et solutis solvendis et defalcandis defalcatis, remanserunt nacioni tredecim libre paris. et 28 sol. paris., de quibus quidem ex deliberacione nacionis prefate posite sedecem libre paris. in archa nacionis ejusdem et sedecim solidi dati duobus bedellis et quatuor albi pro imposicione et reparacione serarum ad archam nacionis. Set alie pecunie restantes ex deliberacione nacionis erant dimisse in manibus procuratoris ad solvendum scolas et cereos et consimilia nacionis tangencia, teste signeto meo manuali hic apposito anno prefato. Et sic remanent in manibus procuratoris de summa predicta tres libre, decem sol. et 2 albi.

CONRADUS WILD
[*sign. man.*]

[1433, MAR. 28 — 1433, SEPT. 21

Substitutio inofficialis magistri Alberti Vorden, procuratoris pro tunc][3]

Item pitanciario ecclesie Sancte Genovefe pro terminis Remigii et Nativitatis anni Domini millesimi CCCC[1] XXXII[1] et pro terminis Pasche et sancti Johannis Baptiste anni Domini millesimi CCCC[1] XXXIII[1] pro scolis nacionis, xxxvij sol. vj den.

Je Jaquet Derpy confesse avoir eu et receu de maistre Albert de Vorden la somme de xxxvij sol. x den. paris. pour cire ouvrée en cierges et chandelles pour la feste sainct Emond et pour le jour de la Purificacion l'an CCCC XXXII pour la nacion d'Alemaigne. De laquelle somme de xxxij sol. x den. je me tieng a bien paié et enquitte la ditte nacion, ledit maistre Albert et tous autres. Tesmoins mon seing manuel cy mis le VIIe jour d'avril CCCC XXXII devant Pasques.

J[AQUET] DERPY
[*sign. man.*]

Item exposui pro subbedello Nicolao pro bursis Arnoldi ij sol.

1. Marg. scribitur : « Totum est 28 sol. 4 den. et postea 4 sol. pro vino. Summa : due fr. et 6 sol. ».

2. Rolandus Scriptoris, rector 1407, Mar. 24 (BULAEUS V, 919); bacc. Med. 1422; lic. et mag. 1424; decanus fac. Med. 1424, 1427, 1428, 1429; can. Sacri Palatii 1430; 1438-1477 medicus Johannis ducis Bedfordiae; 1439 can. et archidiacon. Atrebaten.; 1443/1444 decanus S. Donati Brugen. (WICKERSHEIMER, *Dict. biogr. méd. France*, 723; A. FRANKLIN, *Les anciennes bibliothèques de Paris*, Paris, 1867-1873, I, 52); processui Johannae d'Arc interfuit (P. CHAMPION, *Procès de condamnation de Jeanne d'Arc*, Paris, 1920, I, 69; II, 62).

Inter alia scripsit : *Physiognomia* (Brit. Mus. ms. Royal 12 C XII; Oxon. Coll. Joh. Baptisti, ms. 18); *Compilatorium artis geomancie* (Brit. Mus. ms. Sloane 3487; ms. Royal 12 C XVI; Bodleian, Ashmole 434); *De arithmetica* (Cantabrig. Univ. ms. Mm 1. 44); secundum WICKERSHEIMER.

3. 1433, Mar. 28 « voluit natio... quod pecunie de cetero levande ex parte nationis et exponende usque ad tempus electionis novi receptoris levarentur per manus Alberti de Vorden, protunc procuratoris » (*Auct.* II, 469, 34-41).

Item in continuacione [1] Johannis de Merode in procuratorem, istud recepit Nicolaus subbedellus et in isto recepit iij sol.

Item pro cappis magistri Alardi Palenc [2], rectoris Universitatis.

Istud exposuit Nicolaus [3], bedellus Francie, et non restitui adhuc sibi.

Item tempore quo advocatus noster in Parlamento et procurator visitaverunt scolas nostras exposui viij alb.

Item tempore quo intimavi Guillelmum le Brode dedi pro notario testibus et ceteris, xj alb.

Item in recepcione pecuniarum a magistro Johanne Amici [4] pro cera et aliis, viij alb.

In festo Visitacionis Nostre Domine pro curato et clericis, bedellis, dyacono, subdyacono, coralibus, organista, sufflacione, pro distribucionibus et oblacionibus, xij sol.

Item dedi Bomundo pro refectione scolarum nostrarum, primo viij franc.

Item adhuc dedi Bomundo pro eisdem ij franc. et xj sol.

Item magistro Jacobo Galet [5], rectori Universitatis, pro suis capis, xij sol.

Item pro vigiliis et missa pro defunctis, xj sol.

Item in festo Assumpcionis Beate Marie, quia magistro Conrardo dedi vj solidos pro distribucione quos retinuit, exposui ix sol.

Item in recessu magistri Conrardi pro clientibus querentibus eum et pro levacione cerarum et factura clavium domus provincie, iij sol.

Item [6] in continuacione [7] procuratoris pro potacione, iiij. alb.

Item fuit michi concessum a magistris nacionis quod pecunie, que ex inadvertencia ultimi compoti per me Albertum Vorden facti restabant ultra illas quas in summa tradebant restare, quod ego Albertus haberem illas pecunias pro sallario meo propter exercicium officii receptoris.

Item in festo Nativitatis Marie, xij sol. viij den [8].

Item in ultimo compoto quod factum fuerat circa duas septimanas ante festum sancti Mathie propterea quia tunc temporis nulli magistri nacionis nostre fuerunt Parisius nisi ego et magister Henricus Horn, qui ante festum Mathie debebat recedere. Ideo ante fuerat computatum et exposicio fuerat in prandio, includendo hoc quod computatum erat pro ultima continuacione procuratoris et pro reparacione cerarum provincie unum francum.

Restant tres libre.

(Fol. 18 recto) Sequuntur recepte per magistrum Albertum de Vorden

Primo ab Arnoldo Somere [9] alias Bernardi, sol. xxv, pro scolis xxx [sol.]

Recepi a Johanne Amici pro defuncto magistro Henrico Gorkem [10] pecuniam quam legavit nacioni, summam x franc. et x sol. paris.

1. Electus 1433, Apr. 7 (*ibid.*, 470, 45); continuatus Maii 6 (*ibid.* 471, 39).

2. Alardus Palenc, mag. Art., d. Tornacen., 1431 Mar. 25 prior, Sorbonae electus (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 2 recto); 1432, Mar. 28 in librarium electus est (*ibid.*, fol. 7 recto; cf. Franklin, *La Sorbonne.* 69 et *passim*); statuta de usu librariae ejus prioratu facta sunt 1432, Feb. 12 (Delisle, *Le cabinet des manuscrits*, II, 197); libri in bibl. Sorbonae ab anno 1428 per illum accomodati (*Bibl. Mazar. 3323.* fol. 83 recto); rector 1432, ca. Dec. 16 (de quo vide *supra* 61, 4; cf. *Auct.* II, 467, n. 1); 1433, Feb. 17 incepit primum cursum Theol. (*BN ms. lat. 5494*, p. 141; cf. *Chart.* IV, no. 2434, p. 554).

Obiit 1433 (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 16 recto), « die dominica penultima Augusti » (*BN ms. lat. 16070*, fol. 25 recto). Secundum nomenclaturam Bulaei V, 920 « A... Palene, Angl. Nat. » erat rector 1429, Dec. 15, sed in *Libris proc.* et *recept.* Gerardus Gehe rector hoc tempore invenitur. Inventorium bonorum Alardi Palenc in *BN ms. lat. 5494 A*, fol. 17 verso.

3. Nicolaus vel Colin Brilleti (Breillet), bedellus minor nat. Franciae 1418, et magnus bedellus 1426 (Du Boulay, *Remarques sur les bedeaux de l'Université*, Paris, 1670, p. 40; *Chart.* IV, p. 490, no. 2341). Obiit Nov. 1433 (Du Boulay, *Remarques*, p. 46).

4. Quidam Johannes Amici est procurator nat. Normanniae 1443 (*Auct.* II, 564, 36 et passim).

5. Jacobus Galet, Pic., rector 1422, Nov. (*Chart.* IV, no. 2198, p. 408); 1423 promotor Universitatis (*ibid.*, no. 2224, p. 422); can. Laudunen. bacc. Decr. 1427-28; lic. Decr. 1428, Mar. 30 (*Fac. Déc.* I, 302; 319); receptor nat. Pic. 1429 (*Chart.* IV, no. 2320 p. 480); rector 1432, ca. Oct. 10 (*Auct.* II, 467, n. 1); obiit 1435-36 (*ibid.*, 486, n. 2).

6. Marg. sinistro legitur : « Istud vadit in prandio ».

7. Utrum Johannes de Merode an Albertus de Vorden esset ille procurator nescimus.

8. Haec verba marg. dext. cancellata sunt : « Summa : xvj lib. xv sol. et ij bl. Restant tres libre et sex solidi ».

9. Arnoldus de Somere [*Someren*], alias Bernardi, vel de Hollandia (*Auct.* II, 549, 5), d. Trajecten., can. S. Quintini in Viromandia (vide *infra*, 104,33-34), intit. Lovanii 1431 (Reusens, *Matr. Louvain*, I, 6); det. Paris. 1432 (*Auct.* II, 468, 31) lic. et mag. Art. 1434 (*ibid.*, 475, 40); bursas suas solvit 1437/38.

Parisius 1439-40 non erat (*ibid.*, 515, n. 3); ca. 1442 reversus est; receptor 1442-43 (*ibid.*, 544, 25); proc. pluribus vicibus (*ibid.*, 992; 993); bacc. Decr. 1443, Sept. 19 (*Fac. Déc.* II, 95); 1448, Mar. 13 ei ad licentiam in jure can. obtinendam natio dedit sex scuta aurea (*Auct.*, II, 717, 6); lic. Decr. 1448, Apr. (*Fac. Déc.* II, 187).

10. Henricus Gorkem, d. Trajecten., bacc. Art. 1397 (*Auct.* I, 736, 40); lic. et mag. 1398 (*ibid.*, 773, 26; 774, 40); 1410 et 1414 proc. (*Auct.* II, 989; 990); receptor 1411 (*ibid.*, 997); ca. 1419 lic. Theol. (*Chart.* IV, no. 2000, p. 271; n. 5); eodem anno intit. Coloniae, « solvit nihil propter dignitatem personae » (Keussen, *Matr. Köln*, I, 212); ubi dicitur instituisse gymnasium humaniorum litterarum et philosophiae, regens 1420-1431; can. S. Ursulae et vicecancellarius universitatis (Keussen, *loc. cit.*, nota); rector univ. Colonien. 1420, Mar. 24 (*ibid.*, 214 et n. 2, probab. reelectus Jun. et Oct.)

1427 receptus Rostochi « Mag. Hinricus Gorchim Coloniensis

A magistro Henrico Dunghen pro bursis Symonis Osquart [1] et scolis in baccalariatu, l. sol.

A domino Cosma Symonis pro jocundo adventu [2] et capis rectoris, xl sol.

A magistro Henrico Dunghen in defalcacionem [3] pecunie debite per magistrum Petrum de Gouda, unum francum.

Summa : xx libre, j sol. et ij alb.

Facta computacione nacionis per magistrum Albertum Vorden procuratorem [4] nacionis et commissum ad recipiendum pecunias dicte nacionis, die xx[a] Septembris fuit auditus compotus receptoris, et recepta ascendit usque ad xx lib. et quinque albos, misia vero ad decem et septem libras, quinque albos; qui compotus [5] et procurator fuerant grati avoati et recommendati, et pro laboribus suis tam in procuracione quam in recepcione ordinavit natio sibi istas pecunias que ex inadvertencia ultimi compoti restabant, ut suprascriptum est, et sic idem Albertus in manibus suis tenebat tres libras paris. dumtaxat. In cujus testimonium ego Cosmas Simonis huic scripto signum meum manuale eodem die apposui.

Cosmas Simonis
[*sign. man.*]

[1433, SEPT. 21 — 1434, SEPT. 21

Receptoria magistri Alberti Vorden, d. Trajectensis, nati de Campis]

Facta fuit congregacio nacionis die sancti Mathei ad eligendum receptorem et super supplicacionibus et injuriis. Electus fuit in receptorem magister Albertus Vorden [6], Trajectensis diochesis natus de Campis, qui exposuit et recepit ea que sequuntur.

Sequuntur misie facte per dictum receptorem

Primo ad redimendum *librum provincie* traditum magistro Rolando Scriptoris per magistrum Conrardum Wilt exposui quatuor francos.

Item pro capis magistri Guillelmi Pommier [7], rectoris Universitatis Parisiensis, xij sol.

Item dedi Bomundo bedello ex ordinacione nacionis pro bursis magistri Henrici Gorken xij sol.

Item in festo sancti Eadmundi regis pro curato, bedellis, organista, dyacono et subdiacono, clerico, pro coralibus, pro distribucionibus et oblacionibus, xij sol.

In festo Katherine pro curato, clerico, bedellis, distribucionibus, oblacionibus, sufflacione organista, dyacono, subdyacono, coralibus, thure et pilleo sancti Eadmundi, xj sol.

Item pro prandio facto pro festo Eadmundi, xix sol.

Item nacio ordinavit quod Colinus [8] subbedellus per mutuum haberet unum francum, quem tradidi unum francum.

In festo Andree pro vigiliis defunctorum et in crastino pro missa pro singulis, xj sol.

Item in festo Nicolay pro singulis, xj sol.

Item in festo Conceptionis Nostre Domine pro singulis, viij sol. viij den.

(Hofmeister, *Matr. Rostock*, I, 29); obiit Coloniae 1431 in carnisprivio (Keussen, *Matr. Köln*, I, 212, n.).

Scripsit inter alia : « Conclusiones Sententiarum »; « De superstitionibus »; « Contra hussitas quoque »; « De festorum celebratione »; « Summarium Sancti Thomae »; « Sermones et collationes » (Trithemius, *Liber de scriptoribus ecclesiasticis*, Basiliae, 1494, ed. prima, fol. 115 verso). De eo vide etiam C. Prantl, *Geschichte der Logik im Abendlande*, Graz, 1955, IV, 220.

1. Simon Osquart, d. Bremen. secundum *Librum proc.*, d. Trajecten., secundum *Librum recept.*, lic. et mag. Art. 1434 (*Auct.* II, 475, 38; 476, 8); Apr. 7 litteras testimon. gradus magisterii recepit (*ibid.*, 476, 24-27); 1442, Jan. 9 « Magistrum Simonem communis fama predicat mortuum » (*ibid.*, 535, 2-3).

2. 1433, Mar. 28 Cosmas Simonis a natione petivit ut unam quotam de jocundo adventu sibi remitteret. Natione annuente, fidejussor ejus pro illis 40 sol. erat mag. Johannes de Castellione (*ibid.*, 470, 25-31).

3. Vide *supra*, 49, 20, n. 2.

4. Electus 1433, Aug. 25 (*ibid.*, 472, 32).

5. Concordat *Liber proc.* (*ibid.*, 472, 41-45).

6. Sept. 21 electus est « cum nullus aliorum esset capax istius officii » (*Auct.* II, 473, 12-13).

7. Guillelmus Pommier, mag. Art., 1430-1446 « Philosophorum Navarrae Sodalitatem... rexit » (J. Launoius [Launoy] *Opera Omnia* IV, *Regii Navarrae Gymnasii Parisiensis Historia*, p. 289-791, Paris, 1732 [abbr. Launoy IV], 713); 1433, ca. Jun. 23 rector (*Auct.* II 474, n. 3); 1436 bacc. Theol. (*Chart.* IV, no. 2475, p. 577); executor testamenti Alberti Vorden 1438/39 (A. L. Gabriel, *Student Life*, 230; (vide *infra*, 91, 23).

Lic. Theol. 1442, Feb. 22 et mag. 1446, Sept. 22 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 20 recto); decanus S. Gaugerici Cameracen. 1451 (*Auct.* II, 510, n. 5); mag. regens in fac. Theol. 1452 (*Chart.* IV, no. 2698, p. 738).

1459, dum rector eccl. S. Germani Veteris erat, Sorbonae libros quosdam legavit (Delisle, *Cabinet des manuscrits*, II, 153), ex quibus tres exstant, *BN ms. lat. 15382* (cf. fol. 263 recto), *15384* (cf. fol. verso tegumenti), et *15938* (cf. fol. 157 recto) signati; in copia cedulae donationis nominantur « sermones Jordani in duobus voluminibus » et « sermones de Voragine » (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 41 recto; cf. Franklin, *La Sorbonne*, 87, n. 1; Franklin, *Les anciennes bibliothèques*, I, 251); alios vero coll. Navarrae dedit (Launoy, IV, 713); alium vero codicem eccl. Paris. reliquit, sc. « Comm. in epistolas Pauli », nunc *BN ms. lat. 17288*, (cf. fol. 2 verso et 276 recto).

Obiit ca. 1461, Mar. 12 (Molinier, *Obituaires* I, 500; cf. *BN ms. lat. 15382*, fol. verso tegumenti agglutinato).

8. Seu Nicolaus, noviter susceptus, antiquis bedellis quandam propinam et cum prandio dare debuit (*Auct.* II, 474, 20-34).

Item pro capis meis [1], xij sol.

Item in festo Purificacionis Nostre Domine pro singulis, ix sol. viij den.

Je Jaquet Derpy, espicier, confesse avoir eu et receu de maistre Albert de Vorden la somme de quarente solz paris., qui deubz m'estoient pour cire ouvrée en cierges, torches, et chandelles pour la feste de sainct Emond et pour le jour de Purificacion derriennement passée pour la nacion d'Alemaigne. De laquelle somme de xl s. par. je me tieng a bien paié et enquitte ladite nacion, ledit maistre Albert, et tous autres. Tesmoins mon seing manuel cy mis le XXe jour de may, CCCC. XXXIIII.

J[AQUET] DERPY
[*sign. man.*]

In festo Annunciacionis Nostre Domine pro singulis, x sol.

Item pro toto anno illis de Sancta Genovefa pro scolis, xxx sol.

Item pro sallario meo, iiij lib [2].

(Fol. 18 verso) Sequuntur recepte in dicta receptoria Alberti Vorden

A magistro Henrico de Dunghen in defalcacione summe debite nacioni per magistrum Petrum de Gouda, iiij franc. cum dimidio.

Item a Judoco doliario pro locagio *scolarum magnarum* nacionis pro terminis sancti Johannis et sancti Remigii, xx sol.

Item a magistro Egidio de Ulmis [3] pro defalcacione summe debite per defunctum Thomam Kessel [4], primo viij sol [5].

Item a magistro Egidio de Ulmis in defalcacione summe debite per defunctum Thomam Kessel, adhuc viij sol.

Item ab executoribus Nicolay bedelli Francie [?] defuncti pro locagio scolarum, xx sol.

Item a magistro Henrico de Dunghen in defalcacione summe debite per magistrum Petrum de Gouda, vj franc.

Item a magistro Egidio de Ulmis pro debito magistri Thome Kessel, xvij sol.

A Judoco doliario pro locagio *magnarum scolarum* nacionis pro terminis Nativitatis et Pasce.

Sequuntur licenciati hujus anni [6]

Simon Osquart, Trajectensis diochesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa, iiij sol.

Arnoldus Somere alias Bernardi, Trajectensis diochesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa v sol.

Sequuntur magistri hujus anni [7]

Simon Osquart, Trajectensis diochesis, incepit sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa iiij sol.

Arnoldus Somere alias Bernardi, Trajectensis diochesis, sub eodem, cujus bursa v sol.

De omnibus istis tam in licencia quam in magisterio nichil recepi nisi xxv sol. pro bursis Arnoldi Someren in licencia. De aliis nacio dedit ipsis terminum solucionis fstum sancti Remigii proxime futurum.

Facta fuit computacio per dominum receptorem XIII[a] die mensis Junii, in collegio de Ave Maria [8], cujus recepta in singulis ascendit usque ad summam xvj lib. et vj sol. Misia vero ascendit usque ad summam xvij lib. xviij sol. et viij den., et sic misia sua excedit receptam in summa xxxij sol. et viij den. [9] Qui quidem compotus fuit gratus, avoatus et recommendatus nacioni et consimiliter receptor habitus est gratus etc., et debet idem receptor duobus bedellis [10] ex conclusione 1 francum. Et pro prandio nacionis exposuit eodem die unum francum, et sic nacio debet receptori quatuor francos et viij denarios. In cujus rei testimonium ego Olavus Magni, pro tunc dicte nacionis procurator [11] hanc scriptam propria manu scripsi et signum neum manuale

1. Albertus Vorden, rector 1433, ca. Dec. 16.
2. Marg. inf. : « Summa : xvij lib. xviij sol. viij den. »
3. Aegidius de Ulmis, d. Noviomen., bac. Decr. 1434, incepit IV librum Decr. 1435 (*Fac. Déc.* I, 417; II, 12).
4. Thomas Kessel (Keessel, Quessel), librarius Sorbonae 1433, Mar. 25 (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 11 recto; FRANKLIN, *La Sorbonne*, 77; 203; 228).
5. Sequitur relatio cancellata : « Item a Nicolao bedello nacionis Francie pro locagio superiorum scolarum *septem arcium*, unum francum ».
6. Cf. *Auct.* II, 475, 35-41.
7. Cf. *ibid.*, 476, 5-11.
8. Alia computatio Sept. 21 in eodem collegio facta est (GABRIEL, *Student Life*, 230).
9. Concordat *Liber proc.* (*Auct.* II, 476, 40-43).
10. Sc. Boemundo et Colino (*ibid.*, 476, 48).
11. Electus 1433, Nov. 18 (*ibid.*, 473, 34).

apposui anno Domini MCDXXXIIII°, die quo supra.

Olavus Magni.
[*sign. man.*]

Recepta

Recepi a magistro Henrico Dunghen in defalcacione summe debite per magistrum Petrum de Gouda iiij sol.

Recepi a Judoco doliario pro locagio *magnarum scolarum antiquarum* nostre nacionis pro terminis Natalis Domini et Pasce xx sol.

Recepi a Conrardo Mercatorio pro bursis, jocundo adventu et capis rectoris, magistri Arnoldi Zomeren, lx sol.

Misia

Exposui pro capis magistri Petri Maugier, rectoris [1] Universitatis iiij sol.

In festo Visitacionis Nostre Domine pro singulis, x sol.

In festo Assumpcionis Nostre Domine pro singulis, 8 sol.

In festo Nativitatis Nostre Domine pro singulis, vj sol.

In conscripcione literarum nacionis pro servando terminum beneficiis conferendis [2], xvj alb.

In [*sic*] pro litera casus nominati ex cancellaria contra impediendas libertates nacionis [3], ix sol. ij alb.

Item pro prandio nacionis in compoto, xiiij sol [4].

[Olavus] Magni
[*sign. man.*]

A[lbertus] Vorden
[*sign. man.*]

(Fol. 19 recto) Facta fuit computacio per dominum receptorem ipso die beati Mathei, in collegio de Ave Maria, cujus recepta post novissimam computacionem extendit se usque ad summam iiij lib. paris. et ix sol. misia vero extendit se ad summam ij lib. paris. xvj sol. et unius albi, que cum prioribus iiij francis et ij albis eidem receptori ex resta prioris compoti debitis faciunt vj lib. paris. et iij alb., et sic defalcatis defalcandis remanet nacio obligata eidem receptori in summa ij francorum [5], qui receptor una cum compoto fuit gratus etc. In cujus testimonium ego Olavus Magni, protunc procurator dicte nacionis, signum meum manuale huic scripto de manu mea apposui anno quo supra.

[Olavus] Magni
[*sign. man.*]

[1434, SEPT. 21 — 1435, SEPT. 21]

(Fol. 19 verso) Receptoria magistri Olavi Magni, dyocesis Aboensis, de regno Swechie

Anno Domini MCDXXXIIII°, ipso die beati Mathei apostoli et ewangeliste, facta fuit congregacio nacionis Anglicane super electione receptoris [6]. Et electus est magister Olavus Magni, qui ab antiquo receptore nichil recepit preter claves et libros. Nacio vero mansit obligata antiquo receptori, scilicet magistro Alberto de Worden, in duobus francis, sicut cavetur in scripto computacionis quod habetur in altera parte folii ejusdem revertendo etc.

Sequuntur recepta per me Olavum Magni pro parte nacionis

Primo receptus est in bachalarium dominus Robertus Esschinc [7], dyocesis Trajectensis, cujus bursa viij sol., quos solvit, et pro scolis quinquaginta sol., recepi ab eo in toto iiij lib. et x sol.

Item recepi a Judoco doliario pro locacione *scolarum antiquarum* in vico Straminis pro terminis sancti Johannis Baptiste et Remigii xx sol. par.

Item recepi a fratre Henrico Swarthe pro *commento Alberti de causis* et aliquibus aliis. l. sol.

1. Petrus Maugier, rector 1434, ca. Jun. 23 (*ibid.*, 474, n. 3; sed non in nomencl. Bulaei V).

2. Litterae patentes sub magno sigillo nationis decanis Decretorum et Medicinae traditae sunt in causa beneficiorum per *modum turni* (sc. incipiendo a fac. Theol. et per ordinem trium sequentium agendo) collatorum; de hoc negotio in congregationibus Jun. 13 et Aug. 26 agebatur (*Auct.* II, 477, 21; 478, 5-10); 1435 Universitas petivit ut beneficiarii in suis beneficiis remanerent (Jourdain, *Index*, no. 1247, p. 259*a*).

3. Natio Norm. vocem deliberativam a natione Alemanniae propter paucitatem suppositorum suorum adimere frustra conata est (*Auct.* II, 478-479).

4. Marg. inf. legitur : « Restant mihi xviij sol. Summa recepte : iiij lib. ix sol. Misie ij lib. ij sol. »

5. Concordat *Liber proc.* (*Auct.* II, 478, 31).

6. In collegio de Ave Maria (*Auct.* II, 478, 21; Gabriel, *Student Life*, 230).

7. Robertus Esschinc de Zwollis [*Zwolle*], d. Trajecten., bacc. Lovaniensis (*Auct.* II, 479, 34); sub nomine Robert de Zullis intit. Lovanii 1432 (Reusens, *Matr. Louvain*, 224; cf. Reusens, *Actes*, I, 120-121); lic. et mag. Art. Paris. 1435 (*Auct.* II, 481, 6, 11); proc. 1435, 1437 (*ibid.*, 992); receptor 1436 (*ibid.*, 997).

Item isto anno determinavit Georgius Wimers [1], dyocesis Trajectensis, sub magistro Alberto de Worden, cujus bursa viij sol., ipse solvit pro bursis 4o sol. et pro scolis solvit 5o solidos.

Summa istius recepte : xij lib. x sol. paris.

Post novissimum compotum

Item ipso die Visitacionis Beate Marie que fuit secunda Julii, tradidit michi nacio de scrinio ejusdem nacionis x libras paris.

Item recepi a Judoco doliario [?] [2]

(Fol. 20 recto) Sequuntur misie pro parte ejusdem nacionis per me facte

Primo magistro Johanni Fosse procuratori in Castelleto, iiij sol.

Item pro confectione procuratorii, iiij sol.

Item pro cera ad sigillandum literam procuratorii, j alb.

Item magistro Johanni Parisiensi [3], procuratori in Parlamento, pro confectione literarum de casu novitatis contra impedientes jura et libertates nacionis [4], viij sol.

Item solvi magistro Alberto, antiquo receptori, pro parte nacionis, ij francos.

Item Bimont, primo hostiario Parlamenti, pro execucione casus novitatis, j salucium.

Item in festo Eadhmundi exposui pro distribucionibus in vesperis, missa et omnibus aliis officium ecclesiaticum concernentibus, xiiij sol. viij den.

Item eodem die prandio nacionis, xviij sol.

Item in festo beate Katherine in missa pro distribucionibus et aliis concernentibus officium, viij sol. j alb.

Item in festo beati Andree in vigiliis mortuorum et in crastino ejusdem in missa pro omnibus simul, xj sol. j alb.

Item in festis beati Nicholai et Concepcionis Marie simul pro omnibus ista duo festa concernentibus, j francum.

Item pro formacione supplicacionis porrigende domino regenti pro fundacione collegii [5] etc., et eciam in taberna in *tribus cyrotecis*, in crastino beati Thome Canthuariensis, v sol. ij alb. j dupl.

Item pro confectione articulorum porrigendorum domino regenti concernencium jura, libertates et privilegia nacionis, eciam aliis, et pro aliquibus scripturis, viij sol. j alb. j den.

Item in festo Purificacionis in ecclesia pro singulis, ix sol.

Je Jaquet Derpy, espicier, confesse avoir eu et receu de maistre Olavva Magni, receveur de la nacion d'Alemaigne, la somme de vint sept sol. deux deniers paris., qui deubz m'estoient pour cire ouvrée en cierges pointes et flambeaux de bougie pour le jour de la Purificacion en ceste presente année pour icelle nacion. De laquelle somme de xxvij s. ij d. par. je me tieng a bien paié et enquitte ledit receveur et laditte nacion. Tesmoins mon seing manuel cy mis le 6e jour de fevrier, l'an CCCC XXXIIII.

J[aquet] Derpy
[*sign. man.*]

Item in festo Annunciacionis Dominice pro distribucionibus et aliis dictum officium concernentibus, viij sol.

Item pitanciario Sancte Genovefe pro fundo terre scolarum nacionis in vico Straminis pro toto anno, xxx sol. paris.

Item pro sallario meo, 4 lib.

Facta fuit computacio receptoris penultima Junii [6], et ascendit recepta usque ad xij lib. x sol. et misia usque ad quindecim lib. vij sol. vj den. et ij dupl., et sic ascendit misia receptam in duabus libris, xvij sol. vj den. et ij dupl., qui compotus fuit gratus, avoatus et recommendatus et similiter receptor.

A[lbertus] Vorden [7]
[*sign. man.*]

Levata post istum compotum

Primo tradidit michi nacio ipso die Visitacionis Marie, qui erat 2a Julii, de archa nacionis x lib. paris.

1. Georgius Zwinemers, lic. et mag. Art. 1436 (*ibid.*, 487, 19, 25).
2. Marg. inf. : « Summa recepte : xij lib. x sol. »
3. 1430, Oct. 20, natio de electione mag. Johannis Parisiensis ad officium proc. in Parlamento deliberavit (*Auct.* II, 442, 30; cf. *Fac. Déc.* I, 397).
4. Vide *supra*, 67. n. 3.
5. De collegio pro natione Anglicana condendo primo agebatur 1427, Apr. 30, Henrico de Beaufort, episc. Wintoniensi Parisiis degente. Collegium, Anglis non multo post expulsis et Carolo rege Universitati non favente, fundatum non est (*Auct.* II, 365, 19; 366, n. 6).
6. 1435, Jun. 29 « in domo receptoris » (*ibid.*, 481, 19).
7. Qui novies continuatus est in procuratorem, ultima vice 1435 Jun. 2 (*ibid.*, 481, 16).

Item recepi a Judoco doliario pro locagio scolarum restam pro anno precedenti x sol.

Item a Johanne Boutlever [1] pro locagio *scolarum magnarum* nacionis pro terminis sancti Johannis Baptiste et Remigii anni XXXV[1], xij sol.

Summa recepte : xj lib. paris. ij sol. [2]

(Fol. 20 verso) Secuntur misie facte post illum compotum

Primo ipsa die computacionis pro convivio nacionis exposui xij sol. ij den. ijdd.

Item in die Visitacionis Marie in ecclesia pro servicio etc., x sol.

Item pro novo epitogio nacionis [3], viij francos.

Item Bohemundo ad compotum pro suis bursis, xxij sol.

Item Nicholao bedello pro suis bursis similiter, xj sol.

Item in die Assumpcionis Marie in ecclesia, viij sol. ij alb.

Item in die Assumpcionis Marie in ecclesia viij sol. ij alb.

Item in die Nativitatis Marie in ecclesia, viij sol. ij alb.

Summa misie : xiij libre xviij sol. j alb. j dupl.

[1435, SEPT. 21 — 1436, MAR. 18]

(Fol. 21 recto) **Receptoria magistri Alberti Vorden baccalarii in Theologia, Trajectensis diochesis, nati de Campis**

Facta congregacione nacionis Anglicane, die sancti Mathie apostoli, anni millesimi CCCC[1] XXXV, in camera domini procuratoris super electione novi receptoris et aliis punctis, electus fuit concorditer nemine discrepante magister Albertus Vorden, baccalarius in Theologia, Trajectensis diochesis, natus de Campis, qui fecit misias et receptas sequentes, et nullas pecunias recepit ab antiquo receptore magistro Olavo Magni, sed mansit obligata nacio antiquo receptori in summa ij lib. xvj sol. iiij den. et j dupl. [4]

Sequuntur misie facte in ista receptoria

Primo in die sancti Mathie in prandio nacionis exposuit pro singulis xiij sol. viij den.

In festo Eadmundi pro singulis in ecclesia, xiij sol.

In prandio nacionis pro tunc facto, xv sol. viij den.

In festo beate Katherine virginis pro singulis, viij sol.

In vigiliis et missa celebratis in festo sancti Andree et in crastino pro singulis, x sol. paris.

In festo beati Nicolai pro singulis, viij sol.

Item pro refectione unius sedis in ecclesia Sanctorum Cosme et Damiani, ubi solet sedere procurator, de mandato ejusdem, iiij sol.

Item pro festo Concepcionis Nostre Domine in singulis et omnibus, viij sol.

Item magistro Olavo Magni, antiquo receptori, solvi pecuniam sibi a nacione debitam, cujus summa ij lib. xvj sol. iiij den. et j dupl.

Item pro prandio facto ad recepiendas pecunias nacioni debitas ex parte magistri Petri de Gouda, pro quo fidejussit magister Henricus de Dunghen, exposui fere unum salucium, sed non computo nacioni nisi septem solidos, vij sol.

Item in festo Purificacionis Nostre Domine, xij sol.

Item in prandio facto, quando magistri novi advenerant ad nacionem, vj sol. xiij den.

Item in prandio facto in computacione receptoris, xij sol. viij den.

Item pro sallario receptoris, iiij lib.

Item dedi Bomundo bedello pro debitis in bono compoto ex parte bursarum xxij sol. 8 den.

Item Colino subbedello, xj sol. iiij den.

Item adhuc pro una quarta vini in die computacionis, ij sol.

Facta fuit computacio per dominum receptorem in camera domini rectoris XVIII die Marcii, et extendit se misia facta per ipsum [ad] xij lib. paris. quindecim sol. ij den. et unum duplonem et recepta ad xxiij lib. et ij sol., et sic recepta excedit misiam

1. Johannes Boutelievre, civ. Paris, pannarius, de quo saepe in computis civitatis Paris. (*Comptes du Domaine* I.)

2. Marg. inf. : « xj lib. vij sol. vj den. ij dupl. »

3. Emptio per procuratorem facta epitogii novi violacei coloris, quod mag. Alardo Palenc de Sorbona olim pertinebat (*Auct.* II, 480, 34-43). « Magister Albertus Vorden tunc procurator venerabilis nationis Anglicanae emit epitogium dicti defuncti de panno violeto et federatum de grosso vario pretio 6 lib. 8 sol. par » (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 17 verso; *BN ms. lat. 16070*, p. 34 recto).

4. Concordat *Liber proc.* (*Auct.* II, 482, 1).

in viij lib. x sol. et viij den., [1] cujus compotus fuit gratus et avoatus et similiter receptor. In cujus rei testimonium ego Robertis Esschinc, pro tunc [2] procurator, istud propria manu scripsi meum signum manuale apponendo.

R[obertus] Esschinc
[*sign. man.*]

Item post primam computacionem exposui viginti et unum solidos et octo denarios pro cereis nacionis per totum annum receptis a Jacobo Derpi apothecario, manenti juxta Nostram Dominam, xxj sol. viij den.

Item dedi Bomundo bedello pro reparacione virge argentee quatuor sol., iiij sol.

Item in festo Annunciacionis Nostre Domine pro singulis, viij sol. [3].

(Fol. 21 verso) Albertus Vorden. Sequuntur recepte facte in dicta receptoria

Primo a magistro Roberto Esschinc pro bursis et jocundo adventu et capis rectoris, licencie sue et magisterii, de quibus nacio sibi dedit terminum solucionis usque ad festum beati Remigii proxime futurum post tempus sui magisterii [4], vj lib. paris.

Item recepi pecunias nacioni debitas ex parte magistri Petri de Gouda, cujus summa septem libre, et sic nichil amplius remanet nacioni obligatus, vij lib.

Sequuntur recepti ad baccalariatum pro isto anno [5]

Dominus Johannes de Pallacio [6], Trajectensis diochesis, baccalarius Lovaniensis, cujus bursa octo sol., octo sol. pro scolis .l.

Dominus Johannes Puch [7], Nuenburgensis diochesis, baccalarius Libicensis, cujus bursa octo sol., cui nacio dedit terminum solucionis usque ad festum sancti Remigii proxime futurum [8].

Sequuntur nomina licenciatorum istius anni [9]

Primo dominus Johannes de Pallacio, Trajectensis diochesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa 8 sol.

Dominus Albertus Scriptoris [10], Trajectensis diochesis, sub magistro Roberto Esschinc, cujus bursa iiij, sol., nacio dedit terminum usque Natale [11].

Sequuntur nomina incipiencium pro isto anno [12]

Primo dominus Johannes de Pallacio incepit sub magistro Alberto Vorden, Trajectensis diochesis, cujus bursa viij sol.

Dominus Albertus Scriptoris, Trajectensis diochesis, sub magistro Roberto Esschinc, cujus bursa iiij sol., nacio dedit terminum usque Natale.

Item a magistro Johanne de Pallacio pro jocundo adventu, xxxij sol.

R[obertus] Esschinc
[*sign. man*].

1. Concordat *Liber proc.* (*Auct.* II, 487, 6-11).

2. Electus 1436, Jan. 13 (*ibid.*, 484, 23), continuatus Feb. 10 (*ibid.*, 485, 28) et Mar. 9 (*ibid.*, 486, 9).

3. Marg. inf. : « S [umma] : xij lib. xv sol. ij den. i doubl. »

4. Terminus in congregatione nationis 1435, Mar. 1 concessus est (*Auct.* II, 480, 45).

5. Cf. *ibid.*, 485, 14-23.

6. Johannes de Palatio de Daventria [*Deventer*], d. Trajecten., det. Lovanii 1433 (Reusens, *Matr. Louvain*, 117; *Auct.* II, 499, 18); lic. et mag. Art. Paris. 1436 (*ibid.*, 485, 46; 486, 19); proc. 1437 (*ibid.*, 992); intit. in Theol. Coloniae 1440 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 429); receptor nat. Alem. Paris. 1448 (*Auct.* II, 998); obiit 1481 (vide *infra*, 572, 15, n. 9).

7. Johannes Pusch de Wymar, intit. Lipsiae 1430 (Erler, *Matr. Leipzig*, I, 103); sub nomine Buscus, bacc. Lipsiensis receptus Paris. (*Auct.* II, 484, 42), bacc. Art. 1436 (*ibid.*, 485, 21); lic. et mag. Art. 1437 (*ibid.*, 494, 35; 495, 1).

8. De supplicatione ejus in congregatione nationis 1436, Jan. 29 actum est (*ibid.*, 485, 11).

9. Cf. *ibid.*, 485, 42-47 et 486, 23-27.

10 Albertus Scriptoris de Doesborch, det. 1433 (*ibid.*, 468, 33); lic. et mag. Art. 1436 (*ibid.*, 486, 25, 31); receptor 1441, 1445 (*ibid.*, 998); proc. pluribus vicibus 1440-1447 (*ibid.*, 992-993).

Intit. Coloniae ante 1441, Jan. 13 (Keussen, *Matr. Köln*, III, 35); Coloniam 1440, Dec. 6 reversus est (*Auct.* II, 513, 35, n. 5; 534, 35).

Bacc. Theol. 1444 (*ibid.*, 585, 29) et eodem anno rector, Jun. 23 (*ibid.*, 592, 30; sed non in nomencl. Bulaei V); rector 1447, Dec. 16 (*Auct.* II, 704, 36; Bulaeus V, 921), 1450, Mar. 31 (*Auct.* II, 805, 26; *Auct.* V, 349 sqq.; Bulaeus V, 552).

1451 « artium magister et in Theol. bacc. » intit. in nat. Germ. universitatis Aurelianensis (*Album studiosorum Aurelianensium, Natio Germanica, 1441-1456*, s. l. 1899 [abbr. *Alb. stud. Aurel.*], 2); 1464 iterum Parisiis deguit (M. Spirgatis *Personalverzeichniss der Pariser Universität von 1464*, « Erstes Beiheft zum Centralblatt für Bibliothekswesen », Leipzig, 1888 [abbr. Spirgatis, *Personalverzeichnis*], p. 18); obiit 1466 (*Auct.* II, 979, 1). Discordia inter Albertum et Jacobum Winthorst saeviens nationem annis 1441-1443 perturbabat (vide *Auct.* II, V, et *Chart.* IV, saepissime).

11. 1436, Mar. 9 ut licentiaretur et inciperet si bursam ante Natal solveret, a natione est ei indultum (*Auct.* II, 486, 36).

12. Cf. *ibid.*, 486, 16-21, 30-33.

[1436, MAR. 18 — 1436, AD FINEM APRILIS

Receptoria magistri Olavi Magni. d. Aboensis, substituti] Olavus Magni loco Alberti Vorden

Nota. Die Marcii XVIII, magister Albertus Worden, receptor nacionis Anglicane, cepit a nacione licenciam recedendi ad partes et obtinuit. In ejus locum subrogatus fuit magister Olavus Magni, qui suo tempore recepit que secuuntur.

Nomen licenciati in Artibus[1]

Dominus Georgius Zwinemers, dyocesis Trajectensis, cujus bursa viij sol. solvit xl sol. paris.

Nomen incipientis in Artibus[2]

Dominus Georgius Zwinemers, dyocesis Trajectensis, cujus bursa viij sol., solvit xl sol. paris.

Item idem solvit pro jucundo adventu ad nacionen ij francos.

Item pro capis rectoris, viij sol.

Item pro locagio *magnarum scolarum* nacionis pro terminis Nativitatis Domini et Pasche anni XXXVI emergentibus, xij sol.

Summa : viij franc. iiij solidi[3].

(Fol. 22 recto) Olavus Magny loco Alberti Vorden. Secuuntur misie tempore ejusdem

Nota. Totam summam viij franc. et iiij sol. per me levatam nacio michi concessit dum recederem in ambasiata ex parte Universitatis ad dominum nostrum regem[4], que summa octo franc. comprehenditur in summa decem saluciorum quam debeo nacioni, ut canetur in mea obligatoria cedula super hoc facta de data XXII[a] Aprilis anni XXXVI.

Item ego Robertus Esschinc, procurator venerabilis nacionis Almanie, quia solus fui Parisius magister nacionis prefate imo exercens eciam officium receptoris, dedi magistro Nicolao Dauchi[5], tunc rectori Universitatis, XXIII May, sex solidos paris. pro cappa ejus de tribus magistris graduatis isto anno etc.

Nota quod receptor principalis nacionis, magister Albertus Vorden, cujus recepta et misia sequuntur, venit in profesto beati Johannis apostoli.

[1436, JUN. 23 — 1436, SEPT. 24

Magister Albertus Vorden, d. Trajectensis, receptor principalis]

Misie

Primo in festo Visitacionis Nostre Domine pro singulis, ix sol. j album.

Item exposui per manus magistri Roberti Esschinc, magistro Olavo Magni, ambassiatori[6] nacionis et Universitatis ad regem, sex francos et duodecim solidos, vj franc. et xij sol.

Item in festo Assumpcionis Nostre Domine pro singulis, viij sol.

Item in electione[7] novi procuratoris, x albos.

Item in festo Nativitatis Nostre Domine, viij sol.

Item pro pitantiario Sancte Genovefe pro redditibus scolarum, xxx sol.

Facta fuit computacio per dominum receptorem in camera ejusdem XXIIII die Septembris, cujus misia extendit se ad xvj lib. paris. xviij sol. iiij den. et recepta ad xv lib. ij sol. et viij den., et sic misia excedit receptam in xxxv sol. paris., iiij den., et ipso tunc salucium valuit xx sol., cujus computus fuit gratus et receptor similiter. In cuius rei testimonium ego Robertus Esschinc, tunc procurator, istud propria manu scripsi ac signavi signo meo manuali.

R[obertus] Esschinc
[*sign. man.*]

1. Cf. *Auct.* II, 487, 17-21.
2. Cf. *ibid.*, 487, 21-27.
3. Marg. inf. : « S[umma] : xxiij lib. ij sol. »
4. Agitur de ambassiata ad Carolum VII Parisiis degentem missa ut gratias ei ob urbem Parisiensem ab Anglis liberatam ageret, 1436, Apr. 27-30 (*Chart.* IV, no. 2481, p. 580-581; *Auct.* II, 487, n. 2). Inter ambassiatores erat Olavus Magni, qui prius a natione melius epitogium petivit (*ibid.*, 488, 15).
5. Nicolaus d'Aucy, prob. Picardus cursor fac. Theol. 1434 (*Chart.* IV, no. 2451, p. 562); rector 1436, ca. Mar. 24 (*Auct.* II, 487, n. 1; Bulaeus V, 439; 921).
6. 1436, Apr. 27-30, Olavus Magni « Olave Le Grant » inter ambassiatores erat, qui occasione reductionis Caroli declarabant « nos bonnes loyautés et entencions » erga Carolum VII (*Chart.* IV, no. 2481, p. 580-581).
7. Sc. Robertus Esschinc, qui pluribus vicibus continuatus est quia, cum solus antiquus procurator Parisiis esset, aliis absentibus locum nationis tenuit. Prob. 1436, Aug. 27 (*Auct.* II, 488, 26-37).

[1436, SEPT. 24 — 1437, SEPT. 21]

(Fol. 22 verso) Receptoria magistri Roberti Esschinc de Zwollis, dyochesis Trajectensis

Facta fuit congregacio nacionis Almanie XXIIII die Septembris, anno XXXVI^to^, super electione novi receptoris et aliis punctis in camera domini receptoris, et fuit electus concorditer magister Robertus Esschinc, qui recepit nullas pecunias ab antiquo receptore, sed mansit suo antiquo receptori magistro Alberto Vorden, baculario in Theologia, [nacio] obligata in summa xxxv sol. paris., ut habetur in computo ejus cum iiij den. Et fecit receptor novus misias et receptas que sequuntur.

Sequuntur misie facte in ista receptoria

Primo in die electionis receptoris et procuratoris [1] exposui in dejantaculo vj sol. paris.

Item in cena ejusdem diei pro singulis exposuit nacio ix sol. vj den.

Item solvi antiquo receptori pecunias quas sibi nacio debebat xxxv sol.

Item solvi adhuc antiquo receptori pro hiis que amisit in mutacione monete pro nacione vj sol.

Item dedi Boemundo pro reparacionibus scolarum *septem arcium* iiij francos.

Item in festo Eadmundi pro prandio nacionis tunc facto, xxvj sol. paris.

Item eodem festo pro singulis in ecclesia, xxij sol.

Item adhuc dedi Boemundo pro reparacionibus earundem scolarum ij francos.

Item in festo Katherine virginis pro singulis in ecclesia, ix sol.

Item magistro Gerardo Jehe rectori [2] Universitatis pro suis cappis, vj sol.

Item dedi Boemundo adhuc pro reparacionibus scolarum *septem arcium*, ix sol. et iiij den.

Item in vigiliis et missa in festo sancti Andree et in crastino, ix sol. paris.

Item in festo sancti Nicolay pro singulis in ecclesia, ix sol.

Item in festo Concepcionis Nostre Domine pro singulis in ecclesia, x sol.

Item in electione [3] novi procuratoris, iiij sol.

Item in electione [4] novi procuratoris, ij sol.

Item in festo Purificacionis pro distribucionibus, ix sol. viij den.

Item dedi Nycolao subbedello, vj sol. adhuc eidem ij sol.

Item Boemundo bedello pro quatuor bacullariis, unum francum.

Item Jacobo Derpy pro candelis cereis, xl sol. vj den.

Item in festo Annunciacionis Nostre Domine pro singulis in ecclesia, viij sol. viij den.

Item dedi Reynaldo de Villatain [5], scutifero, ad defalcacionem summe sibi debite occasione reddituum quos habet supra scolas *septem arcium*, xxxij [sol.]

Item in electione [6] novi procuratoris vel continuacione antiqui, ij sol. paris.

Item pro codice articulorum rotuli hoc anno conclusi [7], ij sol. paris.

Item in mutacione monete hinc inde, xx sol.

Item pro sallario receptoris, iiij lib. paris.

Item magistro Petro Ritcherii [8] pro cappis, vj sol.

Item magistro Godfrido Normanni [9] rectori pro cappa, vj sol. paris.

1. Sc. Olavus Magni, 1436, Sept. 24 (*Auct.* II, 489, 15).

2. Gerardus Gehe, rector 1436, ca. Oct. 10 (*ibid.*, 489, n. 1; Bulaeus V, 439; 921).

3. Sc. Albertus Vorden, 1436, Dec. 19 (*ibid.*, 492, 30).

4. Sc. Albertus Vorden, non electus sed continuatus 1437, Jan. 14 (*ibid.*, 492, 42).

5. Raymundus (seu Raynaldus) de Villetain, filius Nicolai Colineti (vide *infra*, 112, 3).

6. Sc. Albertus Vorden, 1437, Mar. 9 (*Auct.* II, 494, 19).

7. Agitur probabiliter de eo rotulo quem ut ad Eugenium IV papam portaret Albertus Vorden selectus est 1437, Jun. (*Chart.* IV, no. 2504, p. 597).

8. Petrus Richier, Norm., cursor fac. Theol. 1429-30 (*Chart.* IV, no. 2349, p. 499); bacc. Sent. 1436 (*ibid.*, no. 2491, p. 592); rector 1436, ca. Jun. 23 (*Auct.* II, 488, n. 4; sed non in nomencl. Bulaei V), 1441, ca. Jun. 23 (*Auct.* II, 519, n. 1; sed non in nomencl. Bulaei V); lic. Theol. 1442, Feb. 22 et mag. 1451, Nov. 22 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 20 recto; cf. *Chart.* IV, no. 2558, p. 624 et n. 4).

9. Gaufridus Normanni seu Amici, d. Belvacen., Picardus; Navarricus (*Auct.* V, 99 n. 3; Launoy IV, 388, 715); 1429 cursor fac. Theol. (*Chart.* IV n° 2329, p. 485); rector 1436, Dec. 16 (*Auct.* II, 491, n. 1; sed non in nomencl. Bulaei V), 1445, Jun. 23 (*Auct.* V, 100, 7; Bulaeus V, 921); 1440 mag. grammaticorum in coll. Navarrae (Launoy IV, 388); lic. Theol. 1446, Feb. 7 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 20 verso; cf. *Chart.* IV, n° 2605, p. 665); lector *Ethicae* 1448 (*Auct.* II, 741, 23).

Ambassiator ad regem 1450 (*Chart.* IV, n° 2658, p. 691); inter nuntios qui ad comitem Dunensem Rotogamum, ut erectoribus studii Cadomensis obviam irent mittendi electi sunt 1450, Dec. 11 (*ibid.*, n° 2665, p. 694); in curia regis in ambassiatoria Univ. 1452, Apr. 1 (*ibid.*, no. 2688, p. 712).

1460 fundator et principalis collegii S. Barbarae (J. Quicherat, *Histoire de Sainte-Barbe, collège, communauté, institution*, Paris, 1860-1864 [abbr. Quicherat, *Histoire de S. Barbe*], I, 5; 9; 19-33); rector 1465, Jun. 22 (*Auct.*, II, 961, 24 sqq.; Bulaeus V, 922); archidiaconus Suessionen. 1465 (vide *infra*, 407, 21); mag. Theol. suscepit 1481, anno 78° completo (*BN ms. lat 5657 A*, fol. 20 verso). Sempe et fideliter nationi Alemanniae astitit sicut pater (vide *infra*, 407, 24). Frater Johannis Normanni.

Item magistro Roberto Sibolle [1] rectori pro cappis, iiij sol.

A[LBERTUS] VORDEN
[*sign. man.*]

(Fol. 23 recto) Robertus Esschinc. Sequuntur recepte facte in predicta receptoria

Item recepi a Johanne Buche, Niuernburgensis diocesis, iiij libras cum dimidia, pro scolis et bursis bacalariatus ejus.

Item recepi a Judoco doliario, occasione locagii colarum, pro terminis Nativitatis anni XXXVI^ti, vj sol.

Sequitur nomen baculatii recepti per nacionem [2]

Dominus Laurencius Olavi alias de Thuna [3], Upsalensis diocesis, sub magistro Olavo Magni, cujus bursa xj sol., et pro scolis, lx sol.

Sequuntur nomina determinancium istius anni [4]

Primo dominus Menco Hof [5], diochesis Trajectensis sub magistro Olavo Magni, cujus bursa iiij sol., et pro scolis, xxx [sol.]

Dominus Wol ardus Nicolay [6], diochesis Trajectensis, sub magistro Roberto Esschinc, cujus bursa iiij sol., et pro scolis, xxx sol.

Dominus Hermannus de Berken [7], diochesis Sambiensis, sub magistro Olavo Magni, cujus bursa iiij sol., et pro scolis, xxx [sol.]

Dominus Godfridus Rodeberch [8], diochesis Monasteriensis, sub eodem, cujus bursa iiij sol., et pro scolis, xxx sol.

Dominus Ulricus Pemele [9], Ratisponensis [diochesis], sub eodem, cujus bursa et scole taxabantur per nacionem ad xxxij sol.

1. Robertus Sibolle (Ciboule, Ciboulius), d. Paris., mag. Art. et Theol., rector 1437, rector eccl. parr. Sancti Jacobi de Carnificeria (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 17 recto a tergo codicis); tunc et postea unus e clarissimis Universitatis et collegii Harcuriani suppositis (vide H. L. BOUQUET, *L'ancien collège d'Harcourt et le Lycée Saint-Louis*, Paris, 1891 [abbr. BOUQUET, *Collège d'Harcourt*], 123 sqq.). 1430, Apr. 12 primum cursum bilb. incepit (*BN ms. lat. 5494*, p. 101); 1432, Nov. 3 incepit Sententias (*ibid.*, p. 160); rector 1437, Mar. 24 (*Chart.* IV, n° 2504, p. 597; vide *supra*, 79, 1; LAUNOY IV, 568; BULAEUS V, Oct. 10 falso affert); 1437 Dec. 20 lic. Theol. (*BN ms. lat. 5494* p. 193); 1438, Feb. 17 mag. *(ibid.)*.

Can. Paris. et saepe legatus Universitatis, etiam Caroli regis legatus, v. g. 1439, Aug. ad papam cum adhuc esset can. Carnot. *(Suppl. Eugen. IV*, no. 354, fol. 95 verso); 1441 Mar. ad dietam Maguntinam (*Auct.* II. 494, no. 2); Dec. ad Eugenium (*Suppl. Eugen. IV*, no. 371, fol. 180 verso; *Auct. ibidem*); 1448 Jun. archidiacon. Gaudens. in eccl. Tornacen. (*Suppl. Nicol. V.*, no. 421, fol. 136 verso), quod beneficium anno sequenti renuntiavit (*ibid.*, no. 427, fol. 92 verso).

1451, Maii 21 cancellarius Universitatis Paris. (*Arch. Nat. LL 117*, p. 45; 47; *Chart.* IV, no. 2673, p. 704; *Auct.* II, 867, n. 2); eodem anno Maii 18 rector eccl. Sancti Jacobi de Carnificeria (*Arch. Nat. LL 118*, p. 256; J. MEURGEY, *Histoire de la paroisse Saint-Jacques-de-la Boucherie*, Paris, 1926, 88); 1452 contra processum Johannae d'Arc scripsit (BOUQUET, *Collège d'Harcourt*, 602-634); 1453 decanus capitul. eccl. Eborac. rogante Nicolao V; 1455-1458 provisor collegii Harcur. (BOUQUET, *op. cit.*, 593); cancellarius eccl. Parisiensis 1453-1456 (MEURGEY, *op. cit.*, 88); obiit 1458, Aug. 12 (*Arch. Nat. L 660*, no. 3, fol. 8 recto).

1458 Oct. 20 duo libri per eum legati in librariam eccl. Parisiensis positi sunt (FRANKLIN, *Les anc. bibl.* I, 54). *Gallia Christiana* (ed. 1874), XI, 623, 34 refert eum e Britolio ortum, Nicolai V camerarium an. 1453 esse, et anno sequenti a papa recepisse ut omnia beneficia etiam absens tenere posset et locum habitationis valetudini sanum et sociis scommodum eligeret, atque nno 1458 sepultum esse in eccl. Parisiensi.

Inter opera ejus inveniuntur : « Livre très utile de saincte méditation de l'homme sur soy-mesmes... composé par... Robert Cibole. Nouvellement revu par F. Pierre le Febvre », Louvain, 1596 ; « Le Livre de la perfection de la vie crestienne », Paris. s. d. (Coppinger 1607) ; « La Perfection de la vie chrestienne », Paris s. d. *(Catalogue général des livres imprimés de la Bibl. Nat.*, Paris, Imprimerie nationale, 1928, 28, 1211). De eo vide etiam FERET, *Fac. Théol.* IV, 304-309 ; G. SALLERON, « Un prédicateur français du XVe siècle, Robert Ciboule chancelier de Notre-Dame (1403-1458) » [*Ecole Nationale des chartes, Positions des thèses...* Paris, 1956, 83-85.]

2. Cf. *Auct.* II, 491, 37-42.

3. Laurentius Olavi de Thuna, can. Upsalen., sed ab universitate, capitulo, et archiepiscopo Upsalen. commendatur eo quod in beneficio, studia Parisiis perfecturus, non resideret (*Arch, Nat. M 65 a*, no. 39, 119; *Auct.* II, XVI-XX); examinatus per nationem in causa sui bacc. Pragen. 1436 et receptus *Auct.* II, 491, 23-35); lic. et mag. Art. 1437 (*ibid.*, 494, 33, 40). Forsitan idem ac Laurentius Olavi de Upsala, qui intit. Rostock 1448 (HOFMEISTER, *Matr. Rostock*, I, 85; C. ANNERSTEDT, *Upsala Universitets Historia*, Upsala [1877], I, 10).

4. Cf. *Auct*, II, 493, 22-33.

5. Menco (Mento) Hof, lic. et mag. Art. 1438 (*ibid.*, 503, 25, 43); obiit 1451 (vide *infra*, 208, 27).

6. Wolfardus Nicolai de Haarlem [*Haarlem*], intit. Lovanii 1434 (REUSENS, *Matr. Louvain*, 248).

7. Hermannus de Berken (Bircken) de Prussia, lic. et mag. Art. 1438 (*Auct.* II, 503, 28, 45); intit. Bononiae 1441 (M. PERLBACH, *Prussia Scholastica, Die Ost-und Westpreussen auf den mittelalterlichen Universitäten*, « Monumenta historiae Warmiensis » (1895), Bd. 6, Abt. 3 p. 4); 1445 proc. ibidem; 1445 lic. Decr.; 1456 Sept. 25 dr. Decr.; 1447-1462 can. Warmien.; 1462 custos eccl. Warmien. (G. C. KNOD, *Deutsche Studenten in Bologna (1289-1562), Biographischer Index zu den Acta nationis Germanicae universitatis Bononiensis*, Berlin, 1899 [abbr. KNOD, *Deutsche Studenten*], p. 46, n° 321).

8. Gaufridus Rodeberch, lic. et mag. Art. 1438 (*Auct.* II, 503, 30; 504, 1).

9. Ulricus Pemele, lic. et mag. Art. 1438 (*ibid.*, 504, 28, 38).

Sequuntur nomina licenciatorum istius anni[1]

Primo licenciatus est dominus Laurencius de Thuna, Upsalensis diochesis, cujus bursa xj sol.

Dominus Johannes Buchc, Nuernburgensis diochesis, cujus bursa 8 sol.

Sequuntur nomina incipiencium ejusdem anni[2]

Dominus Laurencius de Thuna, Upsalensis diochesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa xj sol.

Dominus Johannes Busc, Nuernburgensis diochesis, sub magistro Roberto Esschinc, cujus bursa viij sol.

Item quilibet istorum pro jocundo adventu ad nacionem, ij francos.

Facta fuit congregacio nacionis Almanie die XXIII[a] May, anni M[l] CCCC[l] XXXVII[l], super duobus articulis. Primus ad audiendum compotum domini receptoris, et quoad hoc computavit receptor coram tota nacione, et ejus recepta ascendit ad summam xxxv lib. xiij sol. et misia ad summam xxiiij lib. ij sol. et viij den., et sic excedit recepta misiam in summa xj lib. ix sol. iiij den.[3], que quidem summa manserat in manus receptoris ad expedienda facta nacionis, et illo convivavit tota nacio in camera procuratoris et exposuit xxiiij sol. Item ordinatum fuit quod Nicolaus bedellus haberet quinquaginta sol. et Bomundus quinquaginta septem, qui sibi expedientur per receptorem, qui quidem receptor habebatur gratus, avoatus et ejus acta grata et avoata et compotus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, ego Albertus Vorden, pro tunc dicte nacionis procurator, signum meum manuale huic pagine apposui.

A[lbertus] Vorden
[*sign. man.*]

(Fol. 23 verso) Receptoria magistri Roberti Esschinc de Zwollis. Sequuntur misie facte post primum compotum

Item primo die qua computavi pro singulis in prandio, xxiiij sol.

Item Boamundo bedello pro bursis bacalariatus, magisterii et licencie magistri Johannis Busc et similiter pro bursis magisterii, licencie et bacalariatus magistri Laurencii de Thuna, lvij sol. paris.

Item Nicolao pro suis bursis ex parte eorundem medietatem dicte summe, et ulterius voluerit [*sic*] nacio quod perficeretur ista summa usque ad quinquaginta solidos, et sic sibi in toto expedivi l sol.

Item in quodam prandio ad habendum aliquod pro bursis magistri Oliverii Ghent, qui alias juravit paupertatem, vj sol. adhuc ij sol.

Item in electione novi procuratoris vel continuacione[4] antiqui, ij sol.

Item pro cera ad sigillandam quandam literam quitancie magno sigillo nacionis, ij alb.

Item pro singulis in vesperis in festo Visitacionis Marie, ix sol. paris.

Item magistro Egidio Hodebyn[5], rectori, pro suis cappis, iiij sol. paris.

Item Reynaldo de Villetan, scutifero, pro totali solucione de preterito tempore reddituum sibi debitarum pro scolis *septem arcium* iiij francos et de hoc habeo quitanciam manu patris ejus[6] ac sua signatam, iiij francos.

Item pro quibusdam seris universitatis quantum ad porsiones nacionis, v sol. paris.

Item in festo Assumpcionis Nostre Domine pro singulis in ecclesia, viij sol. et viij den.

Item pro quodam cliente in facto subbedelli, viij den.

Item in continuacione[7] antiqui procuratoris, iiij sol. vj den.

Item pro laborantibus in organis variis vicibus, iiij alb. ij den.

Item in festo Nativitatis Beate Marie pro distribucionibus in missa et vesperis, viij sol. viij den.

Item ad foderandum epitogium antiquum, v sol. iiij den.

Item in recepcione pecunie pro locagio scolarum, xvj den.

Item pro pergameno rotuli nacionis[8], ij albos.

Summa misiarum : xij lib. xv sol.

1. Cf. *Auct.*, II, 491, 31-36.
2. Cf. *ibid.*, 494, 39-495, 2.
3. Concordat *Liber proc.* (*ibid.*, 496, 19-22).
4. Sc. Albertus Vorden, continuatus 1437, Jun. 19 (*Auct.* II, 497, 16).
5. Aegidius Hodebyn (Houdebin), nat. Gall., cursor fac. Theol. 1426 *Chart.* IV, no. 2279, p. 456); proc. nat. Gall. 1426, 1439, 1441 (Bulaeus V, 865); rector 1437, Jun. 23 (*Auct.* II, 497, no. 1; Bulaeus V, 921); lic. et mag. Theol. 1446 (*Chart.* IV, no. 2605, p. 665).
6. I. e. Colinetus de Villetain (vide *supra*, 4, n. 11).
7. Sc. Albertus Vorden, 1437 Aug. 26 (*Auct.* II, 498 ,17).
8. Rotulus per Hermannum Fabri, subbedellum, pergameno per procuratorem ca. Sept. 7 empto ingrossatus est (*ibid.*, 498, 28).

(Fol. 24 recto) Receptoria magistri Roberti Esschinc de Zwollis. Sequuntur recepte post primum compotum

Item primo pro bursis magistri Oliverii Ghent et aliis concernentibus ejusdem gradus in nostra nacione, qui juravit tempore graduacionis ejus statutum paupertatis iij salucia cum medio, et sic nacio de omnibus eam concernentibus quitat ac inda[m]pnem tenet, iij salucia cum dimidio.

Item recepi a Judoco doleario pro termino Pasche anni XXXVII vj sol.

Item a Judoco eodem anno pro termino sancti Johannis, vj sol.

Summa totius recepte cum debito ex parte alterius compoti : xvj lib. viij den.

Facta fuit computacio per dominum receptorem ispo die sancti Mathei, anno Domini M° CCCC° XXXVII°, et recepta sua ascendit ad summam xvj lib. viij den. et misia ad summam xij lib. xv sol., et ita recepta excessit misiam in summa iij lib. quinque sol. et viij den. [1], qui compotus fuit gratus et sic avoatus receptor. Ita est. Albertus Vorden, pro tunc procurator.

A[lbertus] Vorden
[*sign. man.*]

Item eodem die facta fuit congregacio nacionis ad eligendum receptorem, et electus fuit secundum pluralitatem vocum magister Albertus Vorden in receptorem, et tunc convivavit nacio solemniter in camera ejusdem et exposuit xxj sol. x den [2].

[1437, SEPT. 21 — 1438, SEPT. 21]

(Fol. 24 verso) **Receptoria magistri Alberti Vorden, baccalarii in Theologia, de Campis**

Sequuntur misie in dicta receptoria

Primo in electione novi receptoris, xxj sol. x den.
Item in electione [3] novi procuratoris, v sol. iiij den.
In electione [4] novi procuratoris, iiij sol.
In electione [5] novi procuratoris, iiij sol.
In festo Eadmundi in singulis in ecclesia, x sol.
Item in prandio, xxviij sol.
Item in electione [6] novi procuratoris, vj sol.

Ego Guillelmus Le Marnoys [7], pitanciarius ecclesie Sancte Genovefe in Monte Parisiensi, confiteor habuisse et recepisse a magistro et scolaribus nationis Anglie per manus venerabilis et discreti viri magistri Alberti Vorden, procuratoris et receptoris predicte nationis, xxxvij solidos paris. cum vj den. pro terminis sancti Remigii et Natalis anni M[1] CCCC[1] XXXVI[1], Pasche et sancti Johannis anni[1] M CCCC[1] XXXVII[1], pro domibus et scolis predicte nationis situatis Parisius in vico Straminis, videlicet pro meo officio xxij solidos cum vj den. et pro capellano cappellanie Sancti Mauricii fundate in predicta ecclesia xv sol., de qua somma ego quitto predictos magistros, predictum receptorem et omnes. Teste signo meo manuali huic presenti quittancie apposito XXVIII[a] Septembris, anno Domini M° CCCC° XXXVII°.

G[uillelmus] Le Marnoys
[*sign. man.*]

Item pro illis de Sancta Genovefa de quibus canit quittancia supra posita de debito alterius receptorie, xxx sol.

Item quando omnes presentes fuimus cum Boemundo pro nacione, ij sol.
In die sancte Katherine pro singulis, ix sol.
In die sancti Andree crastino, ix sol.
In die Nicolay, ix sol.
In festo Concepcionis, ix sol.

1. Concordat *Liber proc.* (*Auct.* II, 498, 41-47).
2. Sequuntur duae lineae cancellatae : « Item in electione novi procuratoris ex deliberacione.... ». « Sequuntur misie in dicta... »
3. Sc. Johannes de Palacio, 1437 Sept. 23 (*Auct.* II, 499, 28).
4. Sc. Johannes de Palacio, non electus sed continuatus 1437, Oct. 21 (*ibid.*, 500, 5).
5. Sc. Johannes de Palacio, non electus sed continuatus 1437, Nov. 18 (*ibid.*, 500, 20).
6. Sc. Roberus Esschinc, 1437, Dec. 16 (*ibid.*, 501, 3).
7. Guillelmus Le Marnoys, 1446 prior ibidem (vide *infra*, 132, 18).

In capis magistri Johannis Dauchy [1], iiij sol.
In capis magistri Guillelmi Boulle [2], iiij sol.
Item in electione [3] novi procuratoris, iiij sol.
Item in festo Purificacionis pro singulis, xj sol.
Item in electione [4] novi procuratoris, iiij sol.

Je Jaquet Derpy, espicier, confesse avoir eu et receu de maistre Albert Vorden, receveur de la nacion d'Alemaigne, la somme de xxv s. paris. x den par. qui deubz m'estoient pour cire ouvrée en cierges et flambeaux de bougie pour ceste presente année CCCC trentesept baillez et liurés pour icelle nacion, de laquelle somme de xxv s. [x] den. par. je me tieng a bien paié et enquitte ledit receveur et laditte nacion. Tesmoing mon seing manuel cy mis le premier jour de mars, CCCC trente-sept.

J[aquet] Derpy
[*sign. man.*]

Item pro cereis nacionis Jacobo Derpy, xxv sol. x den.
Item pro continuacione [5] procuratoris, viij sol.
Item in festo Annunciacionis Dominice pro singulis dedi anglicano Boemundo, xij sol.
Item pro bursis bedellorum et primo Boemundi, xlvij sol.
Item pro bursis Hermanni, xxiij sol. vj den.
Item pro sallario receptoris, iiij lib.

R[obertus] Esschinc
[*sign. man.*]

Summa : xviij lib. x sol. vj den.

(Fol. 25 recto) Sequuntur recepta primi compoti

Primo recepi ab antiquo receptore pecuniam nacioni per eum debitam ex resta sui compoti, cujus summa ascendit ad iij lib. v sol. viij den., propterea iij lib. v sol. viij den.

Item a Judoco doleario pro locagio *scolarum antiquarum* nacionis nostre, quas locavit annuatim pro xxiiij sol., et hoc est pro quolibet termino vj sol., recepi ergo ab eo vj sol. pro termino sancti Remigii anni Domini M[1] CCCC[1] XXXVII vj sol.

Item a domino Jacobo Winthorst [6], recepto in baccalarium, pro bursis suis, xxv sol.
Item ab eodem pro scolis, xxx sol.

1. Johannes d'Aucy, Pic., cursor fac. Theol. (*Chart.* IV, no. 2451 p. 562); rector 1437, Oct. 10 (*Auct.* II, 499, n. 1; sed non in nomencl Bulaei V); ambassiator ad concilium Bituricen. 1438 (*Chart.* IV no. 2521, p. 605); rector 1440, Oct. 10 (*Auct.* II, 516, n. 4; in nomencl. Bulaei V, 921 legitur « Io. Dancy seu Danchy Normanus »); decanus eccl. S. Mellonis de Pontisara (*Auct.* II, 516, n. 4); rector 1442 Oct. 10 (*ibid.*, 559, 34; sed non in nomencl. Bulaei V).

Lic. et mag. Theol. 1444, de coll. Cholet. (*BN ms. lat. 5657 A* fol. 20 verso; cf. *Chart.* IV, no. 2580, p. 636); eodem anno ambassiator Univ. ad regem (*Auct.* II, 600, 42); ab 1446 Caroli regis magnus eleemosinarius et thesaurarius Capellae S. Biturigis (*ibid.*, 516, n. 4) eodem anno subcancellarius S. Genovefae (*ibid.*, 663, 16); episcopus Lingonen. 1452, obiit 1453 (Eubel, *Hier. Cath.* II, 178).

2. Guillelmus Bouillé, Gall., d. Suessonen., submagister coll. de Dormans 1429; cursor fac. Theol. 1434 (*Chart.* IV, no. 2467, p. 573); proc. nat. Franciae 1434, 1437, 1438 et ante 1437 primarius coll. Bellovacen. (M. D. Chapotin, *Le collège de Dormans-Beauvais et la chapelle Saint-Jean-L'Évangéliste*, Paris, 1870 [abbr. Chapotin, *Coll. Dormans-Beauvais*], 168); rector 1437, Dec. 16 (*Auct.* II, 500 n. 3; sed non in nomencl. Bulaei V); socius Sorbonae 1439 (*Paris, Arsenal, ms. 1020*, p. 216); lic. et mag. Theol. 1444 (*Chart.* IV, no. 2580, p. 636); saepe ambassiator ad regem (*ibid.*, passim); Noviomen. canonicus 1445 et decanus 1446 (*Paris, Arsena l1020*, p. 216).

Principio Maii 1452 Rotomagi cum cardinale Guillelmo d'Estouteville aderat ad testes audiendos in revisione processus anni 1431 contra Johannæ d'Arc instituti (Quicherat, *Procès*, II, p. 1, n. 1; P. Doncœur et Y. Lanhers ed., *La Réhabilitation de Jeanne la Pucelle. L'Enquête ordonnée par Charles VII en 1450 et le codicille de Guillaume Bouillé*, Documents et recherches relatifs à Jeanne la Pucelle, III, Paris, 1956, Introduction).

Mag. regens in Theol. 1452 (*Chart.* IV, no. 2698, p. 738); jam can. Atrebaten., can. Noviomen. creatus 1465 (*Auct.*, III, 417, n. 3); connumeratur cum theologis in edicto Ludovici 1473 contra nominales lato (Bulaeus V, 707; 875). Secundum *Galliam Christianam* « Obiit anno 1467, sepelirique voluit extra porticum Sibyllarum ad latus dextrum sine monumento, [in eccl. Noviomen.] ». (*ibid.*, IX, 1035; cf. *Paris, Arsenal ms. 1020*, p. 216-219); attamen ut decanus fac. Theol. ab 1474 usque ad 1486 memoratur in elencho decanorum (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 6 verso a tergo codicis).

3. Sc. Robertus Esschinc, non electus sed continuatus 1438, Jan. 13 (*Auct.*, II, 502, 4).

4. Sc. Robertus Esschinc, continuatus 1438, Feb. 10 (*ibid.*, 503, 2).

5. Sc. Robertus Esschinc, 1438, Mar. 10 (*ibid.*, 503, 16).

6. Jacobus Winthorst de Hamborch [*Hamburg*], de Saxonia, d. Bremen. (*Auct.* II, 507, 2), bacc. Rostock 1435 (Hofmeister, *Matr. Rostock*, I, 54); intit. Coloniae 1436 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 391); receptus Parisiis 1437, Dec. 31 (*Auct.* II, 501, 23). Natio a Jul. 1438 ad Apr. 1439 Parisiis propter plagam aberat; 1439, Apr. 27 Paris. aderant probab. Johannes Bonrode et Jacobus noster, qui nationis congregationem fecerunt, in qua Jacobus procurator electus est (*ibid.*, 507, 8-14).

Etsi Jacobus cum aliis discessisset, Parisiis 1438 jam erat, quia de eo legitur in diario Sorbonae : « 1438 die 17 Dec. habuit Jac. Winthorst claves Librariae » (*Bibl. Mazarine 3323*, fol. 129 recto); 1438, Dec. 14 in collegio Sorbonae supplicavit ut, suggerente curatu SS. Cosmae et Damiani, ibi hospitaretur (*BN ms. lat. 16070*, p. 61); et inter hospites pro anno 1438 invenitur (*Paris, Arsenal 1228*, fol. 348 recto).

Receptor 1439; 1441 (*Auct.* II, 998); 1440 aliquamdiu absens; proc. 1441; 1442; 1444 (*ibid.*, 992; 993); bacc. Theol. 1444 (*ibid.*, 582, 25); nescitur utrum bursam Sorbonae ad quam recipiendam 1444, Mar. 14 a natione praesentatus sit, receperit (*ibid.*, 584, 11-30) quia *Liber Priorum* his annis vacat (cf. *Paris, Arsenal 1021*, p. 163; *1228*, fol. 343 recto); 1444, Mar. 24 dixit se recessurum esse (*Auct.* II, 585, 27); ex quo tempore nulla de eo mentio invenitur.

Item ab Andrea Durisder [1], recepto in baccalarium, pro bursis, lx sol.

Item ab eodem pro scolis, lx sol.

Item ab Hermano de Berken pro bursis licencie et magisterii, xl sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu et capis rectoris, xl sol.

Item ab Andrea Durisder pro bursis licencie, lv sol.

Item ab eodem pro bursis magisterii, lv sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu et capis rectoris, xl sol.

Item ab aliis tam baccalariis quam licenciatis quam magistris nichil recepi, quia habuerunt terminum solucionis aut bursa eorum erant nichil.

Sequuntur recepti ad baccalarios istius anni [2]

Primo dominus Jacobus Winthorst, baccalarius Rostocensis, Bremensis diochesis, cujus bursa v sol., pro scolis, xxx sol.

Item dominus Andreas de Durisder, baccalarius sancti Andree in Scocia, receptus per nacionem, cujus bursa xij sol., pro scolis, lx sol.

Sequitur dominus determinans pro isto anno [3]

Dominus Johannes Scriptoris, diochesis Trajectensis, sub magistro Olavo Magni, cujus bursa iiij sol., nacio dedit sibi terminum solucionis festum beati Johannis Baptiste proxime venturum.

Sequuntur licenciati pro isto anno [4]

Primo dominus Menco Hoff, Trejectensis diochesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa iiij sol., habuit terminum solucionis.

Item dominus Godefridus Radeberch, Monasteriensis diochesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa iiij sol.

Item dominus Hermannus de Berken, Sambiensis [diochesis], sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa iiij sol.

Item dominus Andreas de Durisder, diochesis Glasguensis de Scocia, sub magistro Roberto Esschinc, cujus bursa xj sol.

Item dominus Ulricus Pemele, Ratisponensis diochesis, sub magistro Johanne de Pallacio, cujus bursa nichil.

Summa totius recepte : xxiij lib. xvj sol. viij den [5].

R[obertus] Esschinc
[*sign. man.*]

(Fol. 25 verso) Receptoria magistri Alberti Vorden

Sequuntur incipientes istius anni [6]

Primo dominus Menco Hof, Trajectensis diochesis, sub magistro Alberto Vorden, cujus bursa iiij sol., pro jocundo adventu et capis rectoris xl [sol.] nacio dedit sibi terminum solucionis festum Johannis Baptiste.

Item dominus Godefridus Rodeberch, Monasteriensis diochesis, sub eodem, cujus bursa iiij sol., pro jocundo adventu et capis rectoris xl [sol.] nacio dedit sibi terminum solucionis festum Johannis Baptiste cum obligacione.

Item dominus Hermannus de Berken, Sambiensis diochesis, sub eodem, cujus bursa iiij sol.

Item pro jocundo adventu et capis rectoris, xl [sol.]

Item incepit dominus Andreas de Durisder, diochesis Glasguensis, sub magistro Roberto Esschinc, cujus bursa xj sol.

Item pro jocundo adventu et capis rectoris, xl sol.

1. Andreas Durisder (Durisdeer), d. Glasguen., bacc. Univ. S. Andreae, de nobili genere (*ibid.*, 501, 18, n. 1; sed non invenitur in J. M. Anderson, *Early records of the univesity of Saint Andrews, the graduation roll 1413-1579, and the matriculation roll 1473-1579*, Publications of the Scottish History Society, ser. 3, vol. VIII, Edinburgh, 1926 [abbr. Anderson, *Early Records*]); primus post multos annos Scotus in natione Alemanniae. Lic. et mag. Art. Paris. 1438 (*Auct.* II, 504, 26, 34).

Vicarius perpetuus parrochiae de Avyn, d. Aberdonen., 1446 (A. I. Cameron, *The Apostolic camera and Scottish benefices, 1418-1448*, St. Andrews University publication, no. 35, London, 1934 [abbr. Cameron, *Apostolic Camera*], 269), de Kyrkven, d. Glasguens. 1447 (*ibid.*, 270), ecclesiae parr. Kilpatric 1447 (*ibid.*, 135; *Auct.* II, 501, n. 1); canonicus et praebend. Glasguen. 1449 (Cameron, *op. cit.*, 271); decanus Aberdonen. 1449 (*ibid.*, 42); 1451 inter magistros deputatos « pro avisandis in hiis quae concernunt universitatem » Glasguen. (*Munimenta Alme Universitatis Glasguensis. Records of the university of Glasgow from its foundation till 1727*, Glasgow, 1854 [abbr. *Mun. Univ. Glasguen.*], II, 57); 1455 Maii 5 episcopus Glasguensis, sub nomine A. de Dursier al. Muirhead; obiit 1473 Nov. 20 (Eubel, *Hier. Cath.* II, 160).

2. Cf. *Auct.*, II, 501, 29-36.

3. Cf. *ibid.*, 503, 33-38.

4. Cf. *ibid.*, 503, 22-31.

5. Marg. dext. inf. : « Summa xxiij lib. xvj sol. viij den. »; marg. sinist. inf. : « Resta v lib. vj sol. ij den. »

6. Cf. *Auct.* II, 503, 40-504, 4.

Facta fuit congregacio nacionis Almanie 4ª May, apud Sanctum Maturinum, anno Domini M° CCCC° XXXVIII, super duobus articulis. Primus erat ad audiendum compotum domini receptoris; 2us erat communis super supplicacionibus et injuriis. Quoad primum articulum, auditus fuit compotus ejus, cujus recepta ascendit ad summam xxiij lib. paris. xvj sol. viij den. et misia ad summam xviij lib. x sol. et vj den., et sic recepta cum resta prioris compoti excedit misiam in summa v lib. vj sol. et ij den.[1] Quantum ad 2um articulum, supplicavit receptor ut haberetur gratus et acta sua, cujus supplicacio erat concessa; 2° supplicavit Boemundus bedellus ut sibi daretur francus debitus pro bursis Georgii Zuinnemersc in licencia et magisterio, et annuit nacio sue supplicacioni. Et ad supplicacionem Ulrici Pomel, ut nacio daret sibi terminum solucionis x sol. ex resta sui jocundi adventus, deliberavit nacio quod sibi obligaret sub pena de nisi ad solvendum hos x sol. et suas bursas baccalariatus, licencie et magisterii infra festum Nativitatis Domini, et sic se obligavit ad solvendum x francos ut clarius haberetur in ejus obligacione. In eadem congregacione lecta fuerunt statuta[2] more solito. Ita est. Robertus Esschinck, tunc procurator.

R[obertus] Esschinck
[*sign. man.*]

Sequuntur misie post primum compotum

Primo in prandio facto post compotum, xxiiij sol.

Item in electione[3] novi procuratoris, xvj den.

Item Bomundo bedello ex ordinacione nacionis pro bursis magistri Arnoldi Somere, xvj sol.

Item Raymundo de Villetayn, scutifero, pro redditibus xxxvj sol. annuatim super scolas *septem arcium*, sed dedit quitanciam de tota summa et de precedentibus annis, xxiiij sol.

Item magistro Guillelmo Rossellet[4], rectori Universitatis, pro capis suis, x sol.

Item domino Hermanno ex mandato nacionis pro bursis Menconis, Godefridi et Johannis Scriptoris, x sol.

Item pro nacione ad lavandum pro vestibus ecclesie, ij sol.

Item in electione[5] novi procuratoris, iiij sol.

Item in festo Visitacionis in singulis, vj sol.

Item magistro Philippo de Longolio[6] pro capis rectoris, x sol.

Ego frater Nicholaus Juvenis[7], religiosus et supprior Sancte Genoveffe Parisiensis et procurator in hac parte religiosi viri domini Guillelmi de Turre, prioris dicti loci, fateor recepisse a magistro et scolaribus venerabilis nacionis Almannie summam per manus venerabilis et discreti viri magistri Alberti Vorden, receptoris predicte nacionis, summam xv solidorum paris. pro terminis sequentibus, videlicet sancti Remigii, Nativitatis Domini anni millesimi CCCC[i] XXXVII[mi], Pasche et Johannis Baptiste anni millesimi CCCC[i] XXXVIII, pro domibus et scolis predicte nacionis sitis Parisius, in vico Straminis, et hoc causa capellanie Sancti Mauricii fundate in predicta ecclesia; de qua quidem summa xv solidorum ego Nicholaus, predictus procurator prefati prioris, quitto predictum receptorem et dictos magistros ejusdem nacionis. Teste signo meo manuali hic apposito duodecima mensis Julii, anno Domini millesimo CCCC° XXXVIII°.

N[icholaus] Juvenis
[*sign. man.*]

1. Concordat *Liber proc.* (*ibid.*, 505, 3-6).

2. Agitur de statutis anno 1423 compositis quae exstant in *Sorbonne, Arch. Reg. 8*, fol. 2 verso et in Libro pergameno nationis (*BN ms. N. a. lat. 535*, fol. 146 recto), atque typis mandata sunt *Auct.* II, 296, 37-300, 37; Jourdain, *Index*, no. 1181, 248-249. Statuta illa quovis anno die compoti receptoris et in festo sancti Mathaei legenda erant.

3. Sc. Robertus Esschinc, non electus sed continuatus 1438, Maii 5 (*Auct.*, II, 505, 29).

4. Guillelmus Rossellet (Rousselli), rector 1411, Dec. 16 (*ibid.*, 112, n. 3; Bulaeus V, 920); bacc. Decr. 1421, d. Cathalaunen. (*Fac. Déc.* I, 219); lic. Decr. 1426 (*ibid.*, 276); rector 1438, prob. Mar. (*Auct.* II, 500, n. 3; sed non in nomencl. Bulaei V); rector universitatis Cadomen. 1449 (*Auct.* II, *ibid.*), ubi etiam degens refertur 1457 (A. de Bourmont, *La fondation de l'Université de Caen et son organisation au* XVe *siècle*, Caen, 1883, 305) et 1462 (M. Fournier, *Statuts et privilèges des Universités françaises depuis leur fondation jusqu'en 1789*, Paris, 1879-1894 [abbr. Fournier, *Statuts*], III, p. 216 n° 1681.

5. Sc. Robertus Esschinc, non electus sed continuatus 1438, Jun. 2 (*Auct.* II, 506, 15).

6. Philippus de Longolio, nat. Franciae (*Chart.* IV, no. 2418, p. 545), d. Paris. (*Fac. Déc.* I, 357), subdiacon. de Paris., mag. Art. et bacc. Dec., curatus eccl. parroch. de Bellomontello, Ebroicen. d., capellanus capellaniae perpetuae Salvatoris juxta ecclesiam parroch. S. Jacobi de Dieppa, Rothomagen. d. (*ibid.*, 422); bacc. Decr. 1430, Jun. 27 (*ibid.*, 357); lic. Decr. 1434 (*ibid.*, 415); rector 1435, Jun. 23 (Bulaeus V, 921; *Auct.* II, 481, n. 2); rector 1438, Jun. (vide *supra*, 90, 13; *Auct.* II, 500, n. 3); 1448 regis Caroli et Ludovici delphini consiliar. et mag. requestarum (*Suppl. Nicol. V*, no. 422, fol. 129 recto; cf. *Auct.* II, 481, n. 2).

7. Nicolaus Juvenis, cursor fac. Theol. 1438-39 (*Chart.* IV, no. 2532, p. 609); lic. et mag. Theol. 1444 (*ibid.*, no. 2580, p. 636); 1451 cancellarius S. Genovefae (*ibid.*, no. 2670, p. 701; *Auct.* V, 409, 38); 1452 mag. regens Theol. (*Chart.* IV, no. 2698, p. 738).

(Fol. 26 recto) Receptoria magistri Alberti Vorden
Sequitur recepta post primum compotum

Primo ab Ulrico Pemele xxij sol. paris. pro jocundo adventu et in residuo tenetur et viij sol. pro capis rectoris, in toto xxxij sol.

Sequitur nomen cujusdam incipientis post primum compotum[1]

Dominus Ulricus Pemele, diochesis Ratisponensis, sub magistro Johanne de Pallacio, cujus bursa nichil.

Item a Judoco doliario [*sic*].

[1439, MAII 20 — 1440, JAN. 13[2]]

Ego frater Thomas Vaugis, pitanciarius Sancte Genovefe Parisius, recepi ab executoribus[3] defuncti magistri Alberti Vorden, quondam receptoris prefate nacionis Almanie, per manus magistri Guillelmi Pommier, ejusdem executoris, sommam quadraginta quinque solidorum paris. pro terminis sancti Remigii, Natalis anni M[1] CCCC[1] XXXVII[1], Pasche, sanctorum Johannis, Remigii, Natalis CCCC[1] XXXVIII[1], Pasche et sancti Johannis CCCC[1] XXXIX[1], occasione xxij solidorum, vj den. paris. tam pro reditu quam pro fondo terre pro officio pitanciarii predicte ecclesie super scolis dicte nacionis. In cujus rei testimonium hanc cedulam signavi signo meo manuali die XXVIII[a] mensis Junii, anni M[1] CCCC[1] XXXIX[1] supradicti, ut idem apparet quittanciam factam magistro Guillelmo Pommier executori ejusdem factam et scriptam in gallico. Actum ut supra.

T[HOMAS] VAUGIS
[*sign. man.*]

Receptoria magistri Jacobi Winthorst, [de Hamburg, d. Bremensis]

Anno Domini millesimo quadringentesimo XXXIX°, die vigesima May[4], presentavit michi Bernardus librum istum ad recipiendum pecuniam nacionis unde sine quacunque pecunia[5]. Item anno Domini millesimo quadringentesimo XXXIX°, die XIII Januarii, ego Jacobus Winthorst de Hamborch, magister in Artibus, procurator[6] receptor nacionis, commisi convocari nacionem Almanie in Sancto Maturino ad eligendum novum procuratorem receptorem et eciam quia per longa tempora fui solus in nacione et habui multas tribulaciones et non fuit aliqua pecunia. Verum est quoniam ego solvi bursas meas et totum quod tenebar nacioni ante incepcionem meam tradidi Boemundo, quia non habui magistrum in nacione, et solvi quinque solidos pro bursis meis, de qua pecunia una cum alia Boemundus fecit compotum nacioni, sic quod restabant apud eum iij franci cum vij sol. paris[7].

JA[COBUS] WINTHORST
[*sign. man.*]

[1440, JAN. 13 — CA. MAII 9

Receptoria magistri Johannis Bonrode de Lubech, d. Lubicensis]

Facta fuit congregatio nacionis anno Domini millesimo quadringentesimo XXXIX, die XIII Januarii, in Sancto Maturino. Ego, Johannes Bonrode de Lubech[8], magister in Artibus, licenciatus in Decretis et in Legibus, fui electus in receptorem nacionis Almanie venerande, et Boemundus

1. Cf. *Auct.* II, 504, 33-42.

2. A Julio 1438 ad Apr. 1439 natio propter mortalitatem absens erat (*Auct.* II, 508, 20-22); « Item, la mortalité fut si grande, especialement à Paris, car il mouru bien à l'Ostel Dieu en celle année cinq mil personnes, [et parmy la cité plus de XLV mil], que hommes, que femmes, que enfans. » (ed. TUETEY, *Journal d'un bourgeois*, 342).

3. In congregationibus Jun. 2 et 6 habitis de discordia inter Boemundum et Guillelmum Pommier, testamenti Alberti Vorden executores agebatur (*Auct.* II, 510-511).

4. Natio, 1439 Apr. 27 post plagam reincepta (*ibid.*, 507, 6), congregatione Maii 15 habita praesentibus magistris Jacobo Winthorst et Johanne Bonrode quomodo esset de bonis suis et pecuniis deliberavit (*ibid.*, 508, 12-25).

5. Sequitur linea cancellata : « Item eodem anno quo supra. »

6. Electus 1439, Apr. 27 (*ibid.*, 507, 13).

7. De pretiis alimoniae « Item, à la Sainct Jehan ou environ, enchery tant le blé que pour vray ung sextier de bon mesteil valloit VIII frans, et ung sextier de seigle valloit VI frans; et la mesure de suif VI solz parisis; la pinte d'uylle de noix, VI solz; la livre de chandelle, IIII blans. » (ed. TUETEY, *Journal d'un bourgeois*, 345).

8. Johannes Bonrode de Lubech [*Lübeck*], d. Lubicen., lic. et mag. Art. 1394 (*Auct.* I, 691,35, 37); proc. 1405 (*ibid.*, 960); jur. lic. et ambassiator Univ. Andegaven. ad concilium Constantien. generale 1414-1416 (FOURNIER, *Statuts*, I, 369, ubi scribitur Joh. Honrode); vic. S. Petri Hamburgen., Bremen. d., et decanus Lubicen. 1417; intit. Rostock 1419 (*Auct.* II, 502, n. 3; HOFMEISTER, *Matr. Rostock* I, 1); can. S. Gereonis Colon. 1437 (KEUSSEN, *Matr. Köln* I, 494); Parisiis reversus, cum Jacobo Winthorst nationem resumpsit 1439, Apr.-Maii (*Auct.* II, 507-508); receptor 1440 (*ibid.*, 998); intit. Coloniae 1446, ubi dicitur leg. dr., lic. Decr. et mag. Art. atque can. Susatensis et S. Gereonis, Colon., quondam praep. eccl. Lubicen.; obiit 1448 (KEUSSEN, *Matr. Köln*, 494 et n.).

fecit compotum nacioni in *epitogio* [1], et restabant apud eum pro parte nacionis iij franci cum vij sol. paris.

Determinantes isto anno fuerunt[2]

Dominus Andreas Arvidi de Swecia [3], cujus bursa viij sol.

Dominus Bartolomeus Vulturis de Miscena [4], cujus bursa nichil, sed solucio de suis bursis dicti Bartolomei reperietur in 2° folio post istud folium.

(Fol. 26 verso) Sequitur recepta magistri Johannis Bonrode anno XIIII^c XXXX, penultimo Februarii una vice simul facta

Primo recepit v francos a domino Andrea A[r]vidi de Swecia pro bursis suis, quando voluit ire ad scolas et disputare in quadragesima.

Item recepit v libras de Boudin, licet medio magistri Jacobi Winthorst, pro debitis nacionis, que magister Albertus Vorden nacioni tenebatur.

Summa recepte : xj franci et iiij sol.

Sequuntur misie exposite per dictum Bonrode eadem vice qua supra simul facte

Primo exposuit in electione [5] procuratoris magistri Jacobi Winthorst xv sol. in taberna, die XIII May.

Item magistro Jacobo Winthorst iiij sol. pro parte Nicolai subbedelli pro sua bursa de bursis domini Andree.

Item viij sol. Boemundo pro sua bursa de eodem determinante.

Item unum schutum in taberna, quando magister Michael [6], scriba Universitatis, fuit requisitus ad conclusionem nacionis, sicud continetur in conclusione in *libro procuratoris* [7].

Item vij sol. magistro Jacobo Winthorst pro festo Assumpcionis Marie, quod fecit sermonem pro nacione in ecclesia nostre nacionis anno XIIII^c XL°.

Item xiiij sol. pro festo sancti Mathei, quos exposuerat in camera sua in Sorbona [8] quando bedelli ibidem cum eo fuerunt pransi ex parte nacionis iuxta laudabilem consuetudinem per longa tempora servatam.

Item xv sol. magistro Jacobo Winthorst, quos exposuit cum bedellis in taberna in die sancti Eagmundi anno XIIII^c XL°.

Item in die Purificacionis Marie iiij sol. magistro Jacobo Winthorst, quos exposuit pro distribucione eodem anno.

Item viij sol, pro pluribus cedulis factis et summis registratis a magistro Michaele Herberti et consumptis pluribus vicibus petendo debitum nacionis domini Hermanni Fabri [9], eciam quando magister Jacobus Winthorst indiguit.

Item exposuit et dedit iij libras magistro Jacobo Winthorst pro tempore quo laboravit ut receptor pro debitis nacionis persolvendis super debitis domini Hermanni Fabri, Guillelmi Pomerii et aliorum juxta contenta in libro ante quod receptor habuit iiij libras de suo officio.

Item magister Jacobus Winthorst dedit iij libras pro tribus electionibus procuratorie sue juxta contenta in libro statutorum.

Item computavit j libram pro officio sue receptorie a festo Natalis Domini usque ad festum Pasche anni Domini millesimi CCCC[1] XXXIX[1].

Summa expositarum misiarum xiiij franci et xij sol., et sic excedunt exposiciones receptam in iij francis cum dimidio, que michi Jacobo Winthorst deficiunt.

Item ego Jacobus Winthorst recepi ij francos a duobus scolaribus pro provincia Almanie et reputo in causa necessitatis provinciam et nacionem unum; et nacio tenetur michi iiij francos juxta supra-scriptam recepcionem et exposicionem, et sic deficiunt michi xxiiij sol.

Ja[cobus] Winthorst
[*sign. man.*]

1. Alias ad *Husiam* [al. le Hoeze] (*Auct.* I, LIX), in vico Cytharae sitam « ante quam pendet signum ad modum epytogii magistrorum » (*ibid.*, 496, 16).

2. Cf. *Auct.* II, 511, 30-35.

3. Andreas Arvidi de Swecia, intit. Coloniae 1440, Nov. 3 in jur., mag. Art., nob. genere procreatus, can. in Skara 1449 a Papa praepositus Skarensis nominatus, ad officium non accedit; Perusiae studebat; obiit 1464 (KEUSSEN, *Matr. Köln*, I, 431 et n.; A. L. GABRIEL, *Skara House at the Mediaeval University of Paris*, p. 99, n. 27).

4. Bartholomeus Vulturis de Miscena [*Meissen*], d. Misnensis, lic. et mag. Art. 1448 (*Auct.* II, 745, 11; 746, 32, ubi vocatur Guillelmus Vulturis).

5. De ejus electione nulla mentio in *Auct.* II ad diem Maii 13.

6. Sc. Heberti, (*ibid.*, 513, 29).

7. Cf. *ibid.*, 513, 29.

8. De camera ejus vide *supra*, 86, n. 6.

9. I. e. subbedelli.

Item recepi sigillum nacionis ut nuncius juratus nacioni nostre defendendo et nominavi magistrum [?] [1] Curd Osterode ad evadendum erga inimicos [2].

[Mag. Jacobus Winthorst, solus]

(Fol. 27 recto) Ego Jacobus Winthorst de Hamborch in Saxonia, magister in Artibus, procurator venerabilis nacionis Almanie, recessurus et solus in dicta venerabili nacione regens anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo, die nona mensis May, una cum bidellis nacionis, locavi uni domino de Parlamento unum pallacium [3] contra coquinam de domo nacionis, spectans ad eandem domum nacionis ad xij annos et quolibet anno pro vj sol. paris., et primus ejus terminus instat a festo Johannis Baptiste proximo adveniente, de anno in annum ad xij annos etc. Et est dicta domus locata uni textori linifico quasi in facie vici Straminis et nominatur *in pomo rubeo*.

Item XI May, ego ex parte nacionis habui a curia rectoris duos commissarios in Navarra, videlicet magistrum Johannem de Oliva [4] et magistrum Jacobum Carpentarii [5], una cum procuratore nacionis Picardie, nomine magister Johannes Berta [6], ad concordandum et ad appunctuandum me cum magistro Guillelmo Pomerii, qui est executor magistri Alberti Vorden defuncti, qui dictus defunctus legavit in suo testamento omnia debita sua que sibi tenebantur venerabili nacioni Almanie et collegio Sorbone mediatim, et dictum Pomerii requisivi coram istis dictis commissariis quod traderet michi de xvj nobilibus auri anglicanis medietatem, quam pecuniam post mortem defuncti recepit a Baldewino Hak, qui tenebatur dicto defuncto dicta xvj nobilia et eciam medietatem de vj saluciis que eciam fuerunt debitum dicti defuncti, que vj salucia Pomerii ipsemet defuncto ut debitum tenebatur. Respondit breviter dictam meam peticionem esse vacuam, quia non esset debitum, et ipse reddidit magistro testamentorum compotum et compotus esset conclusus nichil teneretur. Ego protestatus coram rectore pro tunc presente et dictis tribus commissariis presentibus quod vellem probare et docere sufficienter esse verum debitum et magister testamentorum non haberet potestatem aliquod ordinare ultra tenorem testamenti quod esset in prejudicium nacionis, et sic totum factum dimisi et non potui amplius actionem meam pro nacione perficere; et fuit tunc rector Universitatis magister Johannis Mileti [7] in Navarra, de venerabili nacione Francie, et non scivi aliam probacionem super ista sex salucia que tenebatur Pomerii nisi sicud ostendunt inventaria bonorum dicti defuncti.

Item XIII° May ut supra, ego dictus Winthorst, procurator nacionis, inclusi ad archam nacionis in Sancto Maturino unum saccum cum libris et bonis meis de corio ceratum, supra quo sacco est una cedula affixa in pergameno in tali forma : « Iste presens saccus de corio seratus, ad quem Boemundus habet clavem, est pro magistro Jacobo Winthorst de Hamborch in Saxonia, et ego Jacobus Winthorst volo quod presens saccus cum bonis maneat pro venerabili nacione Almanie si periculum mortis repatriando michi acciderit in itinere. Set si salve

1. *Auct.* II, 511, n. 1, hunc *LR* I locum citans, habet « nominavi me Curd ».

2. Agitur de testamento Alberti Vorden (*ibid.*, 511, n. 1).

3. Hoc pallacium seu « semistadium » pars erat domus pro Danis, intersignio *pomi rubei* in vico Galandrio (Rue de Galande) sitae (*Auct.* II, 534, 3-13).

4. Johannes de Oliva de Lutetia, d. Parisien., Navarricus, nat. Gall. (Launoy IV, 388; 714), mag. Art. 1430; saepe proc. nat. Gall. (Bulaeus V, 894-895); cursor fac. Theol. 1435 (*Chart.* IV, no. 2467, p. 573).

Ut rector 1440, Jun. 23 in nomencl. Bulaei V, 921 recensetur; sed in *Libro proc.* et in *Libro recept.* nomen rectoris hac die non invenitur. Etiam ut rector 1441, Dec. 16 nominatur *(ibid.)*, quo die Johannes Solerii rector erat (*Auct.* II, 531, 12).

Lic. et mag. Theol. 1442 (*Chart.* IV, no, 2558, p. 624); ambassiator Universitatis ad regem 1444 (*ibid.*, no. 2586, p. 643); succentor Paris. 1449 in missa Oct. 13 pro recuperatione Normanniae celebrata (A. Vallet de Viriville, *Histoire de l'instruction publique en Europe*, Paris, 1849 [abbr. Vallet de Viriville, *Hist. Instr. Publ.*], 378); mag. regens Theol. 1452 (*Chart.* IV, n° 2698,p. 738). An. 1456 « non parum se strenuum praestitit adversus Mendicantes qui obtenta quadam bulla a Nicolao Papa, Academiam et Hierarchiam turbabant » (Bulaeus V, 895); cancellarius eccl. Paris. ab 1458 (*Chart.* IV, no 2558, p. 624).

Obiit 1471, Feb. 24 et « jacet in Ecclesia Parisien. ante imaginem B. Mariae » (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 17 verso a tergo codicis) ; « In Parisiensi ecclesia jacet propter [*sic*] chorum, ad portam qua in claustrum itur » (Launoy IV, 714).

5. Jacobus Carpentarii, nat. Pic., cler. Tornacen., jam 1435 mag. Art. (*Auct.* II, 578, 24, n. 9); cursor fac. Theol. 1435 (*Chart.* IV, no. 2490, p. 592); rector 1448, Dec. 16/17 (*Auct.* II, 752, 29; *Auct.* V, 285, 20; in nomencl. Bulaei V, 921 falso Johannes nominatur).

6. Johannes Berthe, presb. d. Laudunen., 1441 canonicatum ejusdem eccl. supplicavit; 1449 lic. Theol. (*Chart.* IV, n° 2651, p. 689, n.).

7. Johannes Mileti de Parisiis, ca. 1426 annum duodecimum agens Navar. adiit (Launoy IV, 573); forsitan idem Johannes Mileti qui proc. nat. Gall. 1436 (Bulaeus V, 893); 1436 Maio narrat se bacc. Theol. aetatis suae anno vigesimo secundo constitutum esse (*Chart.* IV, no. 2539, p. 614); rector 1440, Mar. 24 (*Auct.* II, 513, 12; Bulaeus V, 921).

Decanus eccl. Suessionen. 1440 (*Chart.* IV, *loc. cit.*), episcopus 1442 ante Nov. 24 electus (*Auct.* II, 562, 37), consecratus est 1443, Feb. 15 (Eubel, *Hier. Cath.* II, 243); obiit 1503 *(ibid.)* De vita ejus vide etiam Launoy IV, 573-575; Bulaeus V, 893.

perveniam ad partes et secundum voluntatem meam rescribam nacioni aut ejus custodibus, volo quod sicud scribam sic faciant. »

Ja[cobus] Winthorst
[*sign. man.*]

Item eodem die confessus Baldewinus Hak coram magistro Michaele Heberti, scriba Universitatis, xvj nobilia que tenebatur magistro Alberto Vorden defuncto esse verum debitum defuncti, quod debitum bene solvit Pomerii ut executori defuncti. Item eodem die inclusi registrum procuratoris unacum libro statutorum ad archam nacionis in ecclesia nacionis nostre Sanctorum Cosme et Damiani etiam unum *commentum metaphysice sancti Thome* in pergameno, quod est pro nacione, et unum librum in papiro in viridi continentem *epistulas Clamangi* et *sermones Vincencii* pro magistro Jacobo Hatten de Campis, Trajectensis diosesis; et sicud michi scripsit sibi mittere istum librum cum una biblia parva, ego portabo ei bibliam quam capio mecum per viam secundum quod michi scripsit. Item eodem die presentavi curato ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani, venerabili magistro nostro professori eximio Gherardo Gehe, claves procuratoris in presencia Boemundi de Lutrea et Nicolai Laidain, servitorum dicte nostre venerabilis nacionis, quorum unusquisque habet clavem ad archas nacionis in Sancto Maturino et in ecclesia Sanctorum Cosme et Damiani, et restituet michi dictus magister noster, cum revenero Deo favente, ut procuratori, si in absencia mea non venerint duo magistri, qui inter se faciant procuratorem nacionis, sicud ad hoc consonat conclusio et deliberacio nacionis supra per me conscripta et per scribam Universitatis subscripta, qui per nacionem ad ista fuit requisitus.

Item eodem die eciam posui in archa nacionis unum sacculum cum una cedula signata in ista forma : « In isto sacculo sunt libri pro duobus Almanis in domo magistri Petri Ritczeri, qui tenentur michi Jacobo Winthorst xxx sol. paris. cum quibus possunt redimere suos libros, et volo quod ista pecunia vel libri maneat pro me in custodia nacionis. Scriptum anno Domini XIIII^{c} XL, die XIII^{a} mensis May. »

Ja[cobus] Winthorst
[*sign. man.*]

Item eodem die tradidi Boemundo majori bedello registrum receptoris et plures cedulas obligatorias nacionis; eciam habet epitogium et capam nacionis; totum suprascriptum esse verum protestor sic signo meo manuali.

Ja[cobus] Winthorst
[*sign. man.*]

[1441, AUG. 26 — 1441, OCT. 21]

(Fol. 27 verso) Receptoria magistri Jacobi [Winthorst], de Saxonia [d. Bremensis]

Anno Domini XIIII^{c} XLI°, die XXVI Augusti, facta fuit congregacio nacionis Alemanie super ista que respiciunt honorem nacionis, quoniam fuerunt duo magistri dumtaxat, scilicet magister Albertus Scriptoris et magister Jacobus de Saxonia, qui instituerunt se honorifice ad officia nacionis. Dictus magister Albertus fuit electus in procuratorem [1] et dictus magister Jacobus in receptorem, et nacio iterum per duos magistros fuit resumpta.

Ja[cobus] Winthorst
[*sign. man.*]

Sequuntur recepte

Primo ego, magister Jacobus de Saxonia, habui et recepi ex parte nacionis in Collonia ab uno peregrino pro parte Bartholomei Wulturis antescripti, qui sub me determinavit [2], pro suis bursis et pro provincia taxando bursam provincie et nacionis pro tribus solidis et sunt xil sol. paris.

Summa recepte : xil sol. paris.

(Fol. 28 recto) Sequuntur exposite

Primo tenetur nacio magistro Jacobo de Saxonia xxiiij sol. paris., sicud ostendit resta contenta in secundo folio ante presens folium.

Item anno XIIII^{c} XLI° die XXVI Augusti, quando fuit electio procuratoris et receptoris, ego magister Jacobus de Saxonia exposui iiij sol. in taberna.

1. 1441 Aug. 26 *(Auct.* II, 519, 20).

2. Videlicet 1440 *(ibid.*, 511, 34).

Item dedi Boemundo de bursis Bartholomei Wulturis unam bursam et sunt iij sol.

Item Nicolao subbidello dimidiam bursam de dicta pecunia in Collonia levata, j sol. cum dimidio.

Item eodem anno Domini XIIIIc XLIo, die XXo mensis Septembris, qui fuit dies sancti Mathei [1], facta fuit congregacio nacionis Almanie super duobus articulis : 1us super computacione receptorie magistri Jacobi de Saxonia a tempore quo fuit electus, videlicet XXVIo Augusti mensis precedentis, quando nacio per eum et magistrum Albertum Scriptoris fuit resumpta et per eum computacio de eodem tempore fuit nacioni grata et accepta; et habuit nacio tunc eadem die prandium cum bidellis in *disco stanneo* [2], que taberna isto nomine sic nominatur, ubi dictus magister Ja[cobus] ut receptor, eadem die qua supra in officio eodem receptorie continuatus, exposuit ex parte nacionis viij sol. paris.

2us articulus ejusdem congregacionis in Sancto Maturino fuit super supplicacionibus et injuriis; et nullus supplicavit. Iterum conclusit nacio, eadem vice in eadem congregacione, nos duo, videlicet magister Albertus Scriptoris et magister Jacobus de Saxonia, et non plures existentes in nacione, propterea distribuere honores nacionis quando unus est receptor et eligetur in procuratorem, statim resignet officio et alter reinstituatur, juxta laudabilem consuetudinem sic quod nullus sit in duobus officiis ubi duo sunt presentes, quod est inconveniens.

Ja[cobus] Winthorst
[*sing. man.*]

Summa expositarum : xl sol. cum vj den. paris.

Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, die decima mensis Octobris, facta fuit congregacio venerande facultatis Arcium in Sancto Juliano Pauperum super duobus articulis [3]. Primus erat super electione novi rectoris, 2us super supplicacionibus et injuriis. Quantum ad primum articulum dominus rector, videlicet magister Petrus Riczier [4], nacionis Normanie, istum articulum posuit in deliberacionem nacionum ad eligendum notabiles intrantes pro electione novi rectoris. Quantum ad 2m articulum supplicavit dictus dominus rector haberi gratus et abuatus in peractis sue rectorie; deinceps ego Jacobus Winthorst de Saxonia, protunc venerande nacionis Alemanie receptor, de minus bono processu magistri Alberti Scriptoris, eadem vice dicte nacionis procurator [*sic*] existentis, informatus quod ipse solus, in absencia nacionis, contra finalem conclusionem nacionis, in registro procuratoris scriptam necnon per notarium et scribam Universitatis subscriptam [5], ad particularia nacionis intravit sine consocio, per instanciam sui a dicta facultate intromissus, in quibus minus bene servavit dicte nacionis libertatem et honestatem; preterea ipse regressus ad propria in Alemaniam, librum statutorum, registrum procuratoris et receptoris, que sunt nacionis secreta, ad manus aliquorum extra nacionem dedit in custodiam; causa cujus tradicionis secretorum nacionis extra nacionem et occasione impugnacionis contra conclusionem sue nacionis per facultatem cujus est juratus, eum perjurum, rebellem ex parte nacionis [6], et consequenter inabilem in facultate et Universitate promulgavi; nondum verbis verum eciam scriptis legi feci quod si instaret procedere pro intrancia electionis novi rectoris vel a facultate ad hoc ordinaretur, me opponendo ob honorem nacionis, ad Universitatem appelarem; verumptamen tempore deliberacionis intermedio et notabilibus se intromittentibus [7], ego consenciendo unacum conclusione facultatis, dictus procurator, magister Albertus Scriptoris, pro intrante fuit ordinatus unacum suis consociis, magister Petrus de Vaucello [8], nacionis

1. Sanctus Mathaeus Sept. 21 colitur.

2. Collatio in *disco stanneo* facta legitur in *Libro proc.* anno 1460 (*Auct.* II, 930, 29); cf. in *disco* 1453 (*ibid.*, 900, 43).

3. Cf. *ibid.*, 525, 1-39.

4. Petrus Richier, rector 1441, Jun. 23 (*ibid.*, 519, n. 1; 524, 21; sed non in nomenclatura Bulaei V).

5. De mag. Alberto Scriptoris in procuratorem per facultatem constituto an. 1440 vide relationem ejus, *Auct.* II, 514-517.

6. Receptor dixit « procuratorem non procuratorem, sed perjurum et multa alia » (*ibid.*, 525, 12).

7. Inter quos erat mag. Robertus de Molendino, decanus Rothnacensis, d. Cameracen. (*ibid.*, 525, 31).

8. Petrus de Vaucello, d. Parisien., Navarricus, mag. Art. sub Joh. Hocheti 1423; proc. nat. Gall. 1433, 1435, 1436 (Bulaeus V, 914); 1436 de capiceriatu eccl. S. Stephani de Gressibus, Paris. litigabat (*Auct.* II, 525, n. 1); cursor fac. Theol. et incepit Sent. 1437 (*Chart.* IV, no 2508 et 2509, p. 599); 1439 inter Theologos in coll. Navarrae (Launoy IV, 388); rector 1441, Oct. 10 (*Auct.* II, 525, 6; Bulaeus V, 520; 921); lic. et mag. Theol. 1442 (*Chart.* IV, no. 2558, p. 624; *BN ms. lat. 5657 A* fol. 20 recto; Launoy IV, 388).

1442 regiae Navarrae archididascalus creatus est (*ibid.*, 714); vicarius generalis Gerardi Macheti, episcopi Castren. (*ibid.*), cujus commendatio : « Jam debeo grates Altissimo, et benedicere Creatorem, qui ministravit virum secundum cor meum : appulit siquidem sanus et incolumis Castris » *ibid.*, 551 legitur. ;1450 ambassiator ad consilium eccl. Gallic. electus (*Auct.* II, 809, 18; *Chart.* IV, no. 2657,



Francie, de venerabili collegio Navarre, pro novo rectore fuit et electus.

Ja[cobus] Winthorst
[*sign. man.*]

[1441, OCT. 21 — 1441, DEC. 16]

(Fol. 28 verso) Receptoria magistri Alberti Scriptoris, [d. Trajectensis]

Anno Domini millesimo CCCC^mo^ quadragesimo primo, XXI die mensis Octobris, congregata nacione Almanorum ad eligendum novum procuratorem vel continuandum antiquum et ex consequenti ad eligendum vel continuandum receptorem, quia per id temporis duo soli erant magistri in nacione, qui predicta duo officia exercebant per vices; electus fuit magister Albertus Scriptoris in receptorem, qui nullas fecit misias vel receptas.

A[lbertus] Scriptoris
[*sign. man.*]

In supradicta congregacione nacionis receptus fuit ad nacionem quidam baccalarius Coloniensis, nomine Henricus de Marcxen [1], diocesis Trajectensis, cujus bursa viij sol., et debet pro scolis quadraginta solidos [2]. Receptus fuit eo pacto quod ante festum Nativitatis Domini proxime venturum doceret nacionem de suo gradu bachalariatus Colonie suscepto, vel per literam Universitatis Coloniensis vel per viros graduatos fide dignos qui tunc fuissent Colonie.

Anno Domini quo supra, in mense Novembri, facta congregacione super electione novi procuratoris vel continuacione antiqui, continuato antiquo [3], ego Albertus Scriptoris eciam continuatus fui in officio receptorie.

Sequuntur recepte facte in ista receptoria

Recepi ab Henrico de Marcxen iiij libras [4].

Sequuntur misie facte in eadem receptoria

Primo in festo sancti Eadmundi exposui pro officio et aliis ex parte nacionis factis in ecclesia xj sol. et v denarios.

Item in camera Bomundi in festo, xxix solidos et iiij^or^ duplones.

Summa : xl solidi, quinque den. et iiij duplones.

Compotus istius receptorie et precedentis patet in sequenti pagina ad tale signum. :

Quia superiori tempore sepe dubium michi fuerat an nacioni de bursis et ceteris juribus in magisterio suo satisfactum esset per magistrum Jacobum Winthorst, feci diligentissimas inquisiciones apud Bomundum quid veritatis in hac re esset. Qui per juramentum requisitus in nacione dixit dictum magistrum Jacobum solvisse nacioni omnibus modis ut scriptum est in hoc libro per eundem magistrum Jacobum 3° folio precedenti.

A[lbertus] Scriptoris
[*sign. man.*]

[1441, DEC. 16 — 1442, MAR. 10]

(Fol. 29 recto) Receptoria magistri Jacobi Winthorst de Saxonia

Celebrata fuit congregacio nacionis in Sancto Maturino anno Domini millesimo quadringentesimo quadrag[esim]o secundo, die IX Januarii [5], super istis que respiciunt nacionem et ut eciam Boemundus informaret magistros de bonis mobilibus et immobilibus nacionis [6]. Placuit nacioni ire ad tabernam apud ignem et ibidem tractare de negociis nacionis quia frigus erat, ubi receptor exposuit, mutuando nacioni, iij sol. paris. et x den.

Item de penultima recepta et exposita ante presentem nacio tenetur xviij den. receptori ante nominato.

p. 691) et ad regem (*Auct.* II, 816, 16; *Chart.* IV, n° 2658, p. 691); 1451 subcancellarius S. Genovefae (*Chart.* IV, no. 2670, p. 701).

1452 mag. regens in Theol. (*ibid.*, no. 2698, p. 738); 1454-72 can. eccl. S. Benedicti Bétourné (Launoy IV, 714; A. Longnon, *Étude biographique sur François Villon d'après les documents inédits conservés aux Archives Nationales*, Paris, 1877, 42, n° 2; cf. *Arch. Nat. L.* 579); decanus fac. Theol. 1472-74 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 6 verso a tergo codicis); obiit 1474 (Launoy IV, 714).

1. Henricus de Marxen [Merxem], bacc. Colonien. 1441 (Keussen, *Matr. Köln*, III, 35); lic. et mag. Art. Paris. 1443 (*Auct.* II, 568, 35, 42); proc. 1445 (*ibid.*, 993).

2. Super verba « et debet pro scolis » postea scriptum est : « omnia solvit in Scriptoris receptoria ».

3. Sc. Jacobus Winthorst, continuatus 1441 Nov. 18 (*ibid.*, 528, 42).

4. Prius scripta sed cancellata sunt verba : « quatuor scuta minus octo solidos ».

5. Cf. *Auct.* II, 533, 8-22.

6. Inventarium bonorum nationis in *Libro proc.* invenitur *ibid.* 533-536, 2).

BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

[1442, MAR. 10 — 1442, SEPT. 12

Receptoria magistri Alberti Scriptoris, d. Trajectensis]

Post precedentem immediate receptoriam elegit nacio magistrum Albertum Scriptoris in receptorem, qui nullas receptas fecit sed misias que sequuntur.

Anno quo supra, more non gallicano sed Romanorum, tradidit Bomundo unum scutum pro festo Purificacionis, tenendo ex parte nacionis apud Sanctos Cosmam et Damianum quod quia ad hoc, ut dixit idem Bomundus et nacioni per compotum ostendit, non suffecit, dedit sibi in crastino Purificacionis adhuc unum scutum, quod ex integro eciam *exposuit in solvendo exposita occasione festi predicti, demptis octo solidis, quos pro se inde retinuit pro bursis suis de baccalario, unde mencio facta est in pagina precedenti. Ad receptorem eciam remisit de ultimo illo scuto sex sol. paris.

Anno M^mo CCCC^mo, XLII° more gallicano, die XI mensis Aprilis, exposuit idem receptor quatuor sol. paris. pro levanda quadam sentencia de manibus magistri Michaelis [1], scribe, que data fuerat pro nacione in curia domini rectoris contra quendam textorem [2], qui invita nacione inhabitavit aliquot dies et adhuc inhabitat domum Dacie ad intersignium *Pomi Rubei*, prope vicum Straminis, eo solo jure quia elapso termino sue locacionis ultra domum inhabitare cepit, nacione non contradicente, unde, ut dicit, ad incepti anni finem usque vult et potest prememoratam domum inhabitare [3].

Comparatis misiis istis et aliis precendentis pagine cum receptis ibi notatis, patet quod nacio manet obligata jam dicto receptori in sex solidis, vij den. paris.

A[lbertus] Scriptoris
[*sign. man.*]

In 2^a die Julii, anno quo supra, que fuit dies Visitacionis Beate Marie, celebravit nacio Alemania festum processionis in ecclesia sua, pro quo exposuit magister Albertus Scriptoris xix albos quos concessit nacioni.

Ja[cobus] Winthorst
[*sign. man.*]

Item magister Albertus Scriptoris et ego Jacobus Winthorst, volentes servare juramenta nostra que habemus ad nacionem, ipse michi imponens non solvisse in licencia et in incepcione jura nacionis et, quia tempore mee promocionis non habui magistrum de nostra nacione, et Boemundo majori bedello dicte venerande nacionis in omnibus satisfeci, de quibus dictus magister Albertus Scriptoris sufficienter est informatus. Simili modo, ego petens a dicto Scriptoris se in juribus nacionis expurgare, de quibus ego sufficienter informatus a magistro Jacobo Hatten de Campis per literas patentes quod pro et nomine dicti Scriptoris magistro Alberto Vorden satisfecit, quam satisfactionem sibi a magistro Alberto Scriptoris in Campis factam in literis suis lucide explicavit; quod protestor signo meo manuali.

Ja[cobus] Winthorst
[*sign. man.*]

[1442, SEPT. 21 — 1443, SEPT. 21

Receptoria magistri Arnoldi Bernardi, d. Trajectensis]

(Fol. 29 verso) Anno Domini M^o CCCC^o XLII°, die XXI^a Septembris, facta fuit congregacio Almanorum Parisius super electione vel continuacione receptoris apud Sanctum Maturinum, videlicet in die sancti Mathei apostoli et evvangeliste, et fuit electus unanimo magistrorum consensu magister Arnoldus Bernardi, magister in artibus, canonicus Sancti Quintini in Viromandia, oriundus de Trajecto inferiori, qui nullas pecunias a suis predecessoribus recepit, sed remansit nacio in debito receptori, prout patuit per compota precedencia, videlicet magistro Alberto Scriptoris in xij sol. xj den. paris.

Sequuntur misie

Primo in die electionis dicti receptoris in prandio, presentibus magistris et bedellis ejusdem nacionis, xiiij sol.

Item XXVIII^a Septembris pro constitucione unius procuratoris in Castelletto nomine nacionis, xvj sol.

1. Sc. Heberti, scribae Universitatis.

2. Sc. Gillet Prunier (*ibid.*, 558, 11; 821, 34). De hac inhabitatione natio litigabat usque ad an. 1456 (vide *infra*, 271, 20-28).

3. Domum locaverat Jacobus Winthorst 1440, Maii 9 (*Auct.* II, 512, 8).

Item pro informacione contra textorem contra quem habemus processum in Castelleto, ocasione *domus de Dacia*[1], xij sol.

Item pro arrestacione bonorum textoris, viij den.

Pro cliente qui eum incarceravit, xvj den.

Item pro quodam registro in Castelleto contra prefatum textorem, xvj den.

Adhuc pro sex inregistracionibus, xxviij den.

Item pro signatura remissionis cause coram domino rectore, que tamen consilio peritorum non remissa fuit, ij sol.

In crastino Animarum pro ingrossacione nostri processus in Castelleto, vj sol.

Item cuidam scutiffero, cujus nomen Nicolaus de Vilteton, pro redditibus annuis quos habet super scolas nostras in vico, super singulis arreragiis, xxviij sol.

Item pro cappa rectoris [2] hoc anno, viij sol.

Item cuidam notario qui insinuavit appellacionem nacionum contra abbatem Sancti Germani[3], vj sol.

Item pro statuendo quendam procuratorem nomine nacionis, cujus nomen Goesmar[4], iij sol.

Item Jacobo Darpy, apotecario, per manus Boemundi pro quibusdam arreragiis sibi debitis pro suis mercanciis tempore magistri Alberti Vorden, xj sol.

Item in duabus electionibus novorum procuratorum, videlicet mei [5] et magistri Alberti [6], pro qualibus iiij sol. hic, viij sol.

Item Bomundo et Nicolao bedellis nostris pro bursis Urbani Hertsen de Hungaria[7], qui quasi pauper admissus est, iiij sol.

Item prefato scutifero pro redditibus scolarum *vij arcium*, xxij sol.

In festo Almanorum, videlicet in die sancti Eadmundi, pro servicio in ecclesia et prandio, xxxiiij sol.

(Fol. 30 recto) Pro lathomo qui visitavit stillicidia et alia bona *domus Dacie* ne nacio defraudaretur ab incolis [8] prefate domus, qui brevi tempore postea recedere debebant presente cliente regis, ij sol. viij den.

Summa omnium misiarum : ix lib. viij den.

Sequitur recepta et primo a baccalariis hujus anni[9]

In primis recepi a domino Lamberto Schout[10], diocesis Trajectensis, qui determinavit sub magistro Alberto Scriptoris; pro suis bursis et scolis, iij lib. x sol.

A Nicolao de Dursten[11], cujus bursa iiij sol. et pro scolis xxx sol., qui propter inopiam non solvit sed obligavit se sub pena excommunicacionis satisfacere nacioni infra festum sancti Johannis nuper elapsum, et est obligacio penes magistrum Robertum de Molendino[12], decanum ecclesie collegiate Sancti Hermetis de Renays, summa debiti dicti Nicolay xlviij sol., sed hic nichil.

Ab Urbano Hertsy de Hungaria pro bursis et pro scolis, qui quasi pauper erat, xxiiij sol.

Summa recepte hujus anni a baccalariis : iiij lib. iiij sol[13].

Sequitur licenciatus hoc anno[14]

Licenciatus[15] est hoc anno dominus Henricus de Merxsen, incepturus sub magistro Alberto Scriptoris, cujus bursa viij sol., qui non solvit sed tenetur nacioni pro dicta licencia in xl sol., hic nichil.

1. Ad intersignium *pomi rubei*.
2. Agitur vel de Petro Corii, Norm., rectore 1442, Jun. 23 (*Auct.* II, 560, 14; non in nomencl. Bulaei V) vel de Johanne d'Aucy, rectore 1442, Oct. 10 (*Auct.* II, 559, 34; non in nomencl. Bulaei V).
3. Jacobus Winthorst in sua procuratoria, 1442, Sept. 24, dixit praedecessorem suum Albertum Scriptoris nihil in registro scripsisse de lite inter abbatem et Universitatem orta (*Auct.* II, 546, 24). Lis erat de injuriis piscatoribus illatis, qui per dominum rectorem ad *pratum clericorum* misi sunt (*ibid.*, 554, 45-48).
4. Goesmar (Goesmert), proc. Universitatis in Castelleto 1451 (*ibid.*, 849, 3); 1444 mense Mar. fac. Decr. cuidam Gossemart xj sol. solvit (*Fac. Déc.* I, 113).
5. Sc. Arnoldus Bernardi, electus 1443, Feb. 11 (*Auct.* II, 564, 5).
6. Sc. Albertus Scriptoris, substitutus 1443, Mar. 30 (*ibid.*, 566, 27).
7. Urbanus Hertsen de Hungaria, lic. et mag. Art. 1444 (*ibid.*, 589, 34; 590, 8).
8. Vide *supra*, 103, n. 2.
9. Typis jam mandatum, *Auct.* II, 568, 10-24.
10. Lambertus Schout de Arnhem, intit. Lovanii 1441 (Reusens, *Matr. Louvain*, 180); lic. et mag. Art. Paris. 1444 (*Auct.* II, 589, 25, 40); proc. pluries 1444-1451 (*ibid.*, 993-994); receptor 1447 (*ibid.*, 998); bacc. fac. Med. 1448, lic. 1450, Mar. 4 (*Com. Fac. Méd.* 181-182; 187-188; Wickersheimer, *Dict. biogr. méd. Fran.* 516).
11. Nicolaus de Dursten [*Dorsten*], d. Colonien., intit. Coloniae 1438 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 406).
12. De quo vide *supra*, 99, n. 7.
13. Sequuntur quaedam lineae quae cancellatae sunt : « Summa omnium misiarum tam ordinarie quam extraordinarie factarum prout superius declaratur ascendit ad viij lib. vij sol. Comparatis ergo singulis misiis ad receptas ».
14. Typis jam mandatum, *Auct.* II, 568, 35-569, 8.
15. Marg. sinist. : « Solvit »

Sequitur nomen incipientis

Incepit hoc anno dominus Henricus de Merxsen, sub venerabili viro magistro Alberto Scriptoris, cujus bursa viij sol. Item pro jocundo adventu xxxij sol.

Item pro cappa rectoris viij sol., summa tam bursarum tam in licencia quam in sua incepcione vj lib. paris., de qua summa solvit solum xxviij sol. De reliquo vero manet obligatus nacioni sub pena excommunicacionis coram scriba officialis domini cancellarii, videlicet magistro Simone Clerici[1], hic xxviij sol.

Restant per dictum magistrum Henricum solvendum nacioni iiij lib. xij sol.

Summa totalis recepte tam a bacalariis quam licenciatis : c xvj sol.

A[rnoldus] Bernardi
[*sign. man.*]

(Fol. 30 verso) Item debentur magistro Alberto Scriptoris per reddicionem compoti anni precedentis, quia plus exposuit quam recepit, ut patet superius de resta, xij sol. xj den.

Summa tocius recepte hujus anni : v lib. xxj sol.

Summa vero omnium misiarum tam ordinarie quam extraordinarie factarum hoc anno cum arreragiis anni precedentis ascendit ad ix lib. vij den. par.

Comparatis ergo singulis misiis ad receptas, patet quod misie ascendunt et superant receptam ac plus exposuisse quam recepisse, lxiiij sol. vij den.

De qua summa debentur magistro Alberto tam pro arreragiis anni precedentis tam pro misiis factis hoc anno, in absencia mea pro utilitate nacionis omnibus computatis, xlj sol.

Residuum vero debetur michi Arnoldo Bernardi, presens compotum reddenti, videlicet xxiij sol. vij den. par.

A[rnoldus] Bernardi
[*sign. man.*]

[1443, SEPT. 21 — 1444, SEPT. 21]

Receptoria magistri Johannis de Dorlo[2] [d. Trajectensis]

Anno Domini M° CCCC^mo XLIII°, XXI^ma Septembris, hora octava vel quasi, facta fuit congregacio nacionis Almanie Parisius apud Sanctum Maturinum super duobus articulis. Primus fuit super electione novi receptoris vel continuacione antiqui et distribucione scolarum nacionis. Secundus fuit super supplicacionibus et injuriis. Quantum ad primum articulum electus fuit concorditer in receptorem magister Johannes de Dorlo, oriundus de civitate Trajectensi, beneficiarius in ecclesia Sancti Salvatoris ibidem. Qui quidem novus receptor onus hujusmodi acceptavit cum et sub protestacione quod ipse nolebat obligari ultra redditus et proventus nacionis sed tantummodo in quantum bona et emolumenta nacionis se extendunt, attento quod antiquus receptor nullas pecunias novo tradidit sed nacio mansit illi antiquo et suo predecessori debens.

Eciam magister Jacobus de Gouda[3] promisit ipsum magistrum Johannem novum receptorem servare indempnem. Quantum ad scolas nacio consenciit quod magister Albertus Scriptoris debetur gaudere scolis *septem arcium* inferius, quarum possessionem actu habebat, et magister Jacobus de Gouda secundas[4] quas optaret, et posuerunt fidejussores magister Albertus magistrum Jacobum de Gouda et me, et magister Jacobus magistrum Albertum et me.

Item magister Albertus Scriptoris cepit de consensu nacionis duas scolas nacionis nostre pro duobus magistris de nacione Normannie[5] de domo ipsius

1. *Auctarium* II, hanc relationem 569, 6, sumens, erronee typis mandat « Sunone Clerici ».

2. Johannes de Dorlo de Trajecto, det., lic., et mag. Art. 1409 (*Auct.* II, 48, 7; 54, 11, 20); 1411 adhuc mag. regens (*ibid.*, 101, 2); nulla de eo mentio usque ad 1443 quando receptor erat (*ibid.*, 998); proc. 1443, 1446 (*ibid.*, 992, 993).

3. I. e. Jacobus Nicolai de Gouda.

4. Scholae supra scholas *Septem Artium* (*ibid.*, 573, 37).

5. Unus de magistris Nicolaus de Mara nominatur (*ibid.*, 573, 41); 1449 Sent. incepit (*Chart.* IV, n° 2647, p. 688); 1454, Apr. 29 lic. Theol., Dec. 10 mag. (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 21 verso).

Complures libri, olim collegio Thesaurarii pertinentes, ejus nomine inscripti sunt, seu ab eo donati « pro collegio Thesaurarii, ex dono venerabilium virorum magistrorum N[icolai] de Mara et Guillelmi de Curis, quondam bursariorum ejusdem collegii » (*Bibl. de l'Univ. ms.* 162-165; *Catalogue des Manuscrits. Univ. Paris*, p. 43), seu pro eo scripti (*Bibl. Mazar. 172*, fol. 274 verso, 275 recto; *174*, fol. 270 verso), seu per eum empti (*ibid., 267* fol. 165 verso; *942*, fol. 104 verso); *BN ms. lat. 13411*, fol. 116 verso; *17250*, fol. 126 recto), seu ab eo scriptus : « Tomae de Aquino in tertium librum Sententiarium » *(Bibl. Mazar. 843)*, ubi legitur « nato de Criquetot l'Esneval in Caleto, in dyocesi Rothomagensi, in decanatu S. Romani » (E. Chatelain, « Les manuscrits de l'ancien Collège du Trésorier », *Revue des Bibliothèques*, 1 (1891), 17-23); probabiliter provisor coll. Thesaurarii erat (Franklin, *Les anc. Bibl.*, 339).

magistri Alberti prefati. Et promisit magister Albertus Scriptoris pro quolibet illorum medium francum [1].

(Fol. 31 recto) Receptoria magistri Johannis de Dorlo

Ego Johannes de Dorlo, receptor nacionis Alemannie, dedi Boemundo bedello nacionis, bona fide quandam quitanciam sigillo officii receptorie sigillatam, ut ipse peteret a quodam nobili pactum de quodam loco contiguo domui permutate pro *domo Dacie*, sed Boemundus nullas pecunias michi reportavit et quitanciam penes se retinuit.

Sequuntur misie sive exposita

Primo Boemundo bedello, ut premittitur, vj sol.

Item in electione dicti receptoris, in prandio, presentibus magistris et bedellis nacionis, eciam preposito Trajectensi et aliquibus aliis invitatis [2], xxv sol. iiij den.

Item exposuerat nacio in electione ipsius magistri Johannis in procuratorem [3] et solvit iste receptori, quia nacio diu non fuerat congregata, vij sol.

Item solvit magistro Jacobo de Gouda de expositis per eum pro celebracione festi nacionis Nostre Domine in ecclesia nacionis, viij sol.

Item solvit eidem de expositis per eum in electione [4] sua in procuratorem, iiij sol.

Item pro quadam signatura in Castelleto contra textorem [5], iiij den.

Item magistro Jacobo de Gouda procuratore, magistro Alberto Scriptoris et ipso receptore redeuntibus de Casteleto, quia hora prandii transierat in taberna, ij sol.

Item in festo sancti Edmondi, videlicet in festo Alemannorum, tam in ecclesia quam in prandio, invitatis ibidem prepositis Trajectensi et Xanctino de Ungaria[6], iiij lib. ix sol.

Item solvit Colineto de Villetain de restanciis suis, quas habuit supra scolas *vij arcium* usque ad terminum Nativitatis Johannis Baptiste preteritum, xxij sol.

Item V^ta^ Aprilis in electione [7] procuratoris, magistri Alberti Scriptoris, quia nacio diu non habuerat refectionem, xvij sol.

Item ex deliberacione nacionis per Nicholaum subedellum pro quodam capriolo propinato locumtenenti sive judici causarum criminalium in Casteleto, viij sol.

Item prima Junii facta fuit congregacio apud Sanctum Maturinum, et electus fuit in procuratorem [8] magister Jacobus de Gouda, et tenebat nacio refectionem in domo Boemundi pro solacio suo qui infirmabatur, xxvij sol.

Eciam solvit Boemundo et Nycholao bedellis nostris pro bursis Johannis Cameron senioris [9], cleric dyocesis Sancti Andree in Scocia, qui determinavit sub magistro Alberto Scriptoris, xv sol.

Item eisdem bedellis pro bursis ejusdem Johannis Cameron junioris [10], ejusdem dyocesis, et determinavit sub eodem, xv sol.

Item eisdem bedellis pro bursis Roberti de Lacu [11] ejusdem dyocesis, et determinavit sub magistro Jacobo de Gouda, x sol. vj den.

Item eisdem de bursis Telmanni Nicholai [12], Trajectensis dyocesis, et determinavit sub eodem, ix sol.

Item IX Marcii in continuacione [13] magistri Jacobi Winthorst, quia nacio proxime non fuerat congregata viij sol. iiij den.

1. Marg. sinist. : « Solvit ».

2. Curatus et capellanus nationis, Gisbertus de Brederode, praepositus eccl. Sancti Salvatoris Trajecten., et Sandkus Budkonis (*Auct.* II, 575, 5-10), mag. Art. Universitatis Cracoviensis, praepositus eccl. S. Georgii Gnesnensis, quem Universitas Paris. ob recommendationem univ. Cracovien. « gratissime » suscepit (*Codex diplomaticus universitatis studii generalis Cracoviensis*, 1441-1470, pars II, Cracoviae, 1873, 21; *Bibliothèque de l'Ecole des chartes*, 20 [1859], 514).

3. Sc. Johannes de Dorlo, 1443, Aug. 26 (*Auct.* II, 572, 35).

4. 1443, Oct. 21 (*ibid.*, 574, 27).

5. De quo *supra*, 103, n. 2.

6. I. e. Sandkus [Sandko] Budkonis [Budek], de quo *supra* nota 2, probabiliter de Hungaria ortus (cf. CHEVALIER, *Bio-Bibl.* I, 721, sed hic recte lege Bubek).

7. Substitutus 1444, Mar. 24 (*Auct.* II, 585, 28); die 6^a^ Apr. electus secundum *librum proc.* (*ibid.*, 585, 41).

8. Concordat *ibid.*, 590 ,22.

9. Johannes Cameron senior, lic. et mag. Art. 1445 (*ibid.*, 616, 9; 617, 3); Johannes quidam Cameron ut procurator 1446 et 1448 nominatur (*ibid.*, 993), utrum senior an junior, de quo vide annotationem sequentem, esset nescimus.

10. Johannes Cameron junior, nobile genere sed illeg. natal. progenitus, 1444 can. Glasguen. et praebendarius de Cambuslang annum 18um agens (*Auct.* II, 589, n. 1); lic. et mag. 1445 (*ibid.*, 616, 13; 617, 7).

11 .Robertus de Poele, alias de Lacu, lic. et mag. Art. 1445 (*ibid.*, 616, 15; 617 ,9); proc. 1446 (*ibid.*, 993).

12. Telmannus Nicolai de Gouda, frater Jacobi Nicolai de Gouda, intit. Coloniae 1440 (KEUSSEN, *Matr. Köln*, I, 424); lic. et mag. Art. Paris. 1445 (*Auct.* II, 616, 11; 617, 5); 1446 in Castelleto cum aliis detentus ob facta quae solum ut « des jeunesses » referuntur (*ibid.*, 641, 1-4; *Chart.* IV, no. 2606, p. 666); proc. 1447, 1449 (*Auct.* II, 993); receptor 1449 (*ibid.*, 998).

Bacc. Med. 1450 (*Com. Fac. Méd.* 186-187); lic. 1452, Mar. 2 (*ibid.*, 194); mag. 1454 (*ibid.*, 199); decanus fac. Med. 1457-58 et 1458-59 (*ibid.*, 214; 217); obiit 1466 (*ibid.*, 236; vide etiam WICKERSHEIMER, *Dict. biogr. méd. Fran.*, 769).

13. 1444, Mar. 9 (*Auct.* II, 582, 34), 1444, electus Jan. 13 (*ibid.*, 479, 1).

Summa expositorum hujus pagine : xiij lib. xiij sol. vj den.

(Fol. 31 verso) Receptoria magistri Johannis de Dorlo

Item [1] solvit bedellis pro bursis Nicholai Flugge [2], Wladislaviensis dyocesis, et determinavit sub magistro Alberto Scriptoris, x sol. vj den.

Item de bursis Petri Leubinc [3], Maguntinensis dyocesis, cujus bursa — et determinavit sub magistro Alberto Scriptoris; juravit paupertatem, nichil.

Item de Gilberto Hervey [4], Abordinensis diocesis, determinavit sub eodem; juravit paupertatem, nichil.

Item de bursis Egidii de Morsels [5], Leodiensis dyocesis, determinavit sub magistro Jacobo de Gouda; juravit paupertatem, nichil.

Item de bursis Arnoldi de Haerlem [6], determinavit sub eodem et juravit paupertatem, nichil.

Item solvit magistro Alberto Scriptoris de expositis per eum pro nacione ij lib. iiij sol.

Item eidem pro exercicio officii receptorie per tempora priora jussu nacionis.

Item solvit magistro Jacobo Winthorst de expositis per eum pro nacione xj sol. [7]

Item magistro Radulpho Morini [8], rectori Universitatis, pro cappa de quolibet duorum magistrorum nacionis nostre ij solidos, facit iiij sol.

Item procuratore magistro Alberto et me receptore redeuntibus de Casteleto pro causa nacionis contra textorem, iiij sol.

Item facta collacione per nacionem cum procuratore de Casteleto de toto registro in causa contra textorem, pro prandio et sallario simul, xxxv sol. ij bl.

Item solvi magistro Alberto Scriptoris pro cappa [9] sua pro duobus magistris iiij sol.

Item solvi Bomundo de bursis magistrorum Nicholai Flugge et Lamberti Scout xxvj sol.

Item Colino subedello de bursis eorundem, xiij sol.

Item solvi Raymundo de Villetayn, filio Colini, de redditibus summam annuam xxvj solidorum parisiensium, et reducti sunt cum solidis tornacensibus et est sibi solutum usque in hodiernum diem scilicet 4^{am} Augusti anni XLIIII^{tl}, xxviij sol. paris.

Item de perdicione monete pro quolibet vij florenorum Rynensium, iiij albi facit ix sol. iiij [den.]

Item pro officio gesto, iiij libre.

Item pro prandio ipso die Mathei apostoli, iij. lib. xiiij sol.

Item quia Nicholaus subedellus habuit multos labores et pauca lucra, nacio generose hac vice contulit sibi ij lib.

Summa : xviij lib. xiij sol. vj den.

(Fol. 32 recto) Sequuntur recepta ejusdem magistri Johannis de Dorlo

Primo a venerando magistro Arnoldo Nagel, secretario civitatis Danzicke in Prusya, qui tempore promocionis sue [10] juravit paupertatem et misit nacioni nostre unum nobile, ij lib. iiij sol.

Recepta a baccalariis hujus anni [11]

Primo a domino Johanne Cameron' seniore, dyocesis Sancti Andree in Scocia, qui determinavit sub magistro Alberto Scriptoris, pro bursis et scolis simul, v lib. x sol.

Item a domino Johanne Cameron juniore, dyocesis prefate, et determinavit sub eodem, pro bursis et scolis simul, v lib. x sol.

1. Trium « scolarium rebellium », scilicet Nicolai Flugge, Petri Leubinc, et Nicolai Rothen, admissioni ad gradum baccalariatus Mar. 1443 opposuit natio, quia documenta de eorum studiis alibi perfectis, secundum statuta necessaria, non produxerunt (*Auct.* II, 564, 10-12; 566, 40); omnes tamen determinaverunt 1443.

2. Nicolaus Flugge de Danzig de Prussia, 1437 intit. Rostock (Hofmeister, *Matr. Rostock*, I, 58) et 1440 Lipsiae (Erler, *Matr. Leipzig*, I, 130; Perlbach, *Prussia scholast.*, 83; 132); lic. et mag. Art, Paris. 1444 (*Auct.* II, 589, 28;-590, 3); eodem anno proc. (*ibid.*, 993).

3. Petrus Leubinc de Francfordia, (*ibid.*, 564, 11); lic. et mag Art. 1444 (*ibid.*, 589, 31; 590, 6); sub nomine Petrus Leubenith de Selgenstadt [*Seligenstadt*] 1456 intit. mag. Parisien. in natione Bavarorum Lipsiae (Erler, *Matr. Leipzig*, I, 200).

4. Gilbertus Harvey, lic. et mag. Art. 1445 (*Auct.* II, 616, 27; 617, 18); verisimiliter idem ac Gilbertus de Scotia, Theol. in coll. Navarrae 1446 (Launoy, IV, 389).

5. Aegidius Morsels, lic. et mag. Art. 1446 (*Auct.* II, 653, 5, 33); 1450 proc. (*ibid.*, 821, 10); bursarius collegii XVIII scolarium (*ibid.*, n. 1).

6. Arnoldus Petri de Haerlem [*Haarlem*], d. Trajecten., 1441 intit. Lovanii (Reussens, *Matr. Louvain*, 13); lic. et mag. Art. Paris. 1445 (*Auct.* II, 616, 21; 617, 17).

7. Sequuntur duae lineae cancellatae : « Item Colineto de Villetain, de terminis Jo. Baptiste anni XLIIII^{tl} de redditibus quas habet supra scolas *VII Artium.* »

8. Rudolphus Morini, Normannus, rector 1444, Mar. 24 (*Auct.* II, 585, 34; *Auct.* V, 728; sed non in nomencl. Bulaei V).

9. Albertus Scriptoris de Doesborch, rector 1444, Jun. 23 (*Auct.* II, 592, 30; sed non in nomencl. Bulaei V).

10. Lic. et mag. Art. 1429 (*Auct.* II, 408, 24; 411, 16).

11. Typis jam mandatum : *ibid.*, 588, 42-590, 11 et 568, 25-31.

Item a domino Telmanno Nycholai de Gouda, Traiectensis dycocesis, qui determinavit sub magistro Jacobo de Gouda, pro bursis et scolis, iij lib. x sol.

Item a domino Roberto de Lacu, dyocesis Sancti Andree in Scocia, et determinavit sub eodem, pro bursis et scolis, iij lib. xv sol.

Item a domino Egidio de Morsels, Leodiensis dyocesis, et determinavit sub magistro Jacobo de Gouda, cujus bursa, juravit paupertatem, nichil.

Item a domino Arnoldo de Haerlem, Traiectensis dyocesis, qui determinavit sub eodem, cujus bursa, juravit paupertatem, nichil.

Item a domino Gilberto Hervy, clerico Aburdonensis dyocesis in Scocia, determinavit sub magistro Alberto Scriptoris, cujus bursa, juravit paupertatem, nichil.

Item a domino Nycholao Flugge, dyocesis Wladislaviensis in Prusia, qui determinavit anno preterito sub magistro Alberto Scriptoris, pro bursis et scolis, iij lib. xv sol.

Item a domino Petro Leubinc, dyocesis Maguntinensis, qui similiter anno preterito determinavit sub eodem, cujus bursa —, juravit paupertatem, nichil.

Item a domino Nycholao Rothen, Wradislaviensis dyocesis, qui similiter anno preterito determinavit sub eodem, cujus bursa [1] iiij sol.

Sequuntur licenciati

Primo recepi a domino Lamberto Scout, Trajectensis dyocesis, qui determinavit sub magistro Alberto Scriptoris et incepturus sub eodem, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item a domino Nycholao Flugge, dyocesis Wlatislaviensis, incepturo sub eodem, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item a domino Petro Leubinc, Maguntinensis dyocesis, incepturo sub magistro Jacobo de Gouda, cujus bursa —, juravit paupertatem, nichil.

Item a domino Urbano Hertsy de Hungaria incepturo sub magistro Alberto Scriptoris, cujus, bursa —, juravit paupertatem, nichil.

Summa pagine : xxvij lib. iiij sol.

(Fol. 32 verso) Sequuntur nomina incipiencium

Primo incepit dominus Lambertus Scout, Trajectensis dyocesis, sub magistro Alberto Scriptoris, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item solvit pro cappis rectoris, viij sol.

Item pro jocondo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item incepit dominus Nycholaus Flugge, Wlatislaviensis dyocesis, sub eodem, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item pro cappa rectoris, viij sol.

Item pro jocondo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item incepit dominus Petrus Leubinc, sub magistro Jacobo de Gouda, quia pauper, nichil

Item incepit dominus Urbanus Hercsy, Hungarus, sub magistro Alberto Scriptoris, quia pauper, nichil.

Item recepi a Boemundo illos sex solidos quorum supra fit mensio, vj sol.

Item recepi a magistro Petro Leubinc, Maguntiensis dyocesis, pro scolis cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item pro jocondo adventu ejusdem ad nacionem, xxxij sol.

Facto computo ipso die Mathei in presencia nacionis, summa receptorum excessit summam expositorum in summa iiij librarum xv solidorum paris.

Ita est. Lambertus Schout, procurator [2] nacionis.

A[lbertus] Scriptoris, rector
[*sign. man.*]
L[ambertus] Schout
[*sign. man.*]

Item recepi ex parte provincie a domino Chinco [?], canonico Monasteriensi, unum scutum; illud scutum dedi Nicholao subedello ad opus provincie nostre.

[1444, SEPT. 21 — 1445, JUL. 10]

(Fol. 33 recto) **Sequitur receptoria magistri Johannis de Dorlo, qui fuit continuatus adhuc per unum annum et hoc concorditer in tota nacione** [3]

Facta congregacione nacionis Anglicane anno Domini millesimo CCCC^mo^ quadragesimo quarto ipso die beati Mathei apostoli, super tribus articulis, primus fuit ad audiendum compotum magistri Johannis de Dorlo, receptoris. Et quoad istum arti-

1. Nicolaus Rothen, d. Wladislavien., bacc. Art. 1443 (*ibid.*, 568, 30, n. 5 ; de quo vide *supra*, 111, n. 1.

2. Electus 1444, Aug. 26 (*Auct.* II, 594, 26).

3. Cf. *ibid.*, 596, 9.

culum auditus fuit computus ejus, et mansit debens idem receptor prefate nacioni in summa quatuor librarum et quindecim sol. paris., ad tantum excessit summa receptorum suorum summam expositorum. Et fuit computus suus a nacione et per eandem admissus, approbatus et ratificatus, teste signeto manuali venerandi magistri Lamberti Scout, protunc dicte nacionis procuratoris, similiter et signeto excellentis viri magistri Alberti Scriptoris, nacionis predicte, protunc rectoris alme matris [?] nostre Universitatis Parisiensis, ut patet in pagina immediate contigua. Secundus articulus fuit ad eligendum novum receptorem. Quoad istum articulum, placuit nacioni et singulis magistris concorditer continuare dominum magistrum Johannem in dicto officio. Tercius articulus fuit communis super supplicacionibus et injuriis. Circa istum articulum, supplicavit memoratus receptor ut haberetur ratus, gratus et avoatus. Cujus supplicacio fuit admissa, ut claro et clare apparet ex ejus continuacione.

Sequuntur exposita sive misie presentis receptorie per dictum magistrum Johannem facta sive facte

Primo quia plures anni quam octo effluxerunt quod non habuimus rectorem de nacione Anglicana [1], placuit nacioni honorare venerabilem virum magistrum Albertum Scriptoris ante absolucionem suam ab officio rectorie cui ipse prefuit, de una refectione die martis vij^{ma} Octobris. Eciam quia ipse dominus rector nacionem prandio ad prandiendum secum solempniter invitaverat, in quo quidem prandio in toto exposui pro cibariis et vino xviij sol.

Item tempore quo admittebantur bachalarii Colonienses [2], quorum nomina infra describuntur, nacio convenit in taberna; ibi solvit nacio vij albos.

Item ipso die xj^{m} Virginum facta fuit congregacio nacionis apud Sanctum Maturinum super electione novi procuratoris vel continuacione antiqui. Continuatus [3] fuit magister Lambertus Scout, procurator antiquus, qui de sua gracia duxit nacionem ad tabernam, et ibidem exposuit nacio pro degentaculo in toto xvj albos; propinavit dictus procurator iiij solidos et solvebat nacio residuum, scilicet iiij albos.

Item procuratore et nacione cum bedello redeuntibus de Casteleto pro sententia habenda contra textorem in taberna, xvj albos.

Item magistro Jacobo de Gouda et me receptore cum bedello jussu nacionis adhuc postea pro summa prefata habenda sollicitantibus dominum locumtenentem in terminalibus, x albos.

Item magistro Nicholao Kokerel, rectori Universitatis, pro cappa rectoris [4] pro duobus magistris, iiij sol.

Item in festo sancti Eadmundi in ecclesia in toto xij sol. ij den.

Item in prandio, presentibus sex magistris de nacione, preposito Trajectensi, curato, capellano, magistro Henrico [5] cordigero, magistro Michaele [6] carmelita, in taberna in vino, pane, igne, potagio de vicuta, caseo, piris, xxvij sol. vj den.

Summa : iij lib. xiiij sol.

(Fol. 33 verso) Item hospitisse et famulis pro curialitate, iij sol. vj den.

Item Jennini Moreau pro vj cuniculis, vj poulages, vij couchon, duabus spatulis mutonis, simul xxviij sol.

Item pro salsa jause et cameline [7] et tragia, iiij sol. vj den; de omnibus istis nacio misit honorando magistro Johanni Boenroet unum cuniculum, unum pullum et partem de porcello et unam quartam vini duorum solidorum; simili modo honesto Boemundo antiquo servitori.

Item missis ex parte nacionis magistro Jacobo de Gouda et magistro Alberto cum receptore ad Caste-

1. Ultimus rector de natione proveniens Olavus Magni fuiti, electus 1435, Dec. 16 (*ibid.*, 483, 46; Bulaeus V, 921).

2. Sc. Albertus Posthouwer, Dubboldus Zelham, Adrianus Wolteri de Mera, Galterus de Vernia, Nicolaus de Huesden, et Nicolaus Hoen de Beec.

3. Secundum *Librum proc.* Oct. 23 (*Auct.* II, 600, 16).

4. Nicolaus Coquerel, rector 1444, Oct. 10 (*ibid.*, 599, 15; sed non in nomenclatura Bulaei V).

5. *Auct.* II, 601, n. 6 hanc materiam *LR* sumens, Henrico cognomen « de Colonia » appendet.

6. Quem editores *Chart.* IV et *Auct.* II eundem esse putant ac Michaelem Vlilssing de Zelandia, ord. Carm.; bacc. Bibl. 1439 *Chart.* IV, no. 2525, p. 607); lic. et mag. Theol. 1446 (*ibid.*, no. 2605, p. 665).

7. « Dou bout des deiz le morsel touche
Qu'el devra moillir en la sausse,
Seit vert ou cameline ou jausse. »
(*Le Roman de la Rose* par Guillaume de Lorris et Jean de Meun (S.A.T.F.), ed. E. Langlois, Paris 1922, IV, vv. 13414-13416, p. 19).
Cf. etiam : « *Nota* que à Tournay, pour faire cameline, l'en broye gingembre, canelle et saffren et demye noix muguette : destrempé de vin, puis osté du mortier; puis aiez mie de pain blanc, sans bruler, trempé en eaue froide et broyez au mortier, destrempez de vin et coulez, puis boulez tout, et mettez au derrain du succre roux : et ce est cameline d'yver (*Le Ménagier de Paris*, Paris, 1846, II, 230).

letum pro renunciando *domui Dacie* [1], sed non erat locumtenens in taberna, iiij sol.

Item euntibus domino procuratore, receptore, Jacobo de Gouda, Alberto Scriptoris, ad opponendum ex parte nacionis coram scriba in Casteleto vendicioni scolarum nostrarum in vico Straminis, pro copia sentencie et opposicione ac ejus notula, simul xvj bl.

Item solvi pro una bota ad reponendum literas *domus Dacie* iiij bl.

Item XII[a] Decembris quando nacio continuavit [2] magistrum Nycholaum de Prusia in procuratorem, in taberna, iiij sol.

Item venientibus omnibus magistris tunc presentibus de Casteleto pro resignando *domum Dacie*, in taberna, vj sol.

Item XXII[da] Decembris adhuc eisdem redeuntibus de capitulo Nostre Domine ecclesie Parisiensis ad concordiandum cum eisdem de domo, in taberna, xvij bl.

Item dedi magistro Johanni Haneron [3] pro cappa rectoris, pro duobus magistris nostre nacionis hujus anni, pro quolibet ij sol., facit simul iiij sol

Item solvi magistro Michaeli, notario Universitatis, de ingrossacione litere indempnitatis pro magistro Jacobo de Gouda et me super debitis ecclesie Parisiensis, iiij albos.

Item solvi magistro Johanni Juliene, notario Universitatis, pro ingrossacione, signatura et sigillo recongnicionis [*sic*] sive obligacionis de summa xl librarum capitulo Nostre Domine, vj sol.

Item solvi bedellis de bursis magistri Henrici de Merxem xxiiij sol.

Item XVI Februarii, nacione congregata in taberna, et propinavit ibi magister Henricus de Merxem duos notabiles pastillos. Nacio solvit pro residuo expositorum in vino, panibus, piscibus, fructibus, igne, etc. xiiij sol.

Item in renunciando *domum Dacie* in Casteleto pro signatura, clientibus, reparacione sigilli litere de proprietate domus, copia litere obligacionis facte ecclesie Parisiensi, in toto viij sol. ij den.

Item die Mercurii VII[a] Aprilis, in electione [4] magistri Henrici de Merxem in procuratorem convenit nacio terminaliter *à la trosse vace* [5], exposuit ibi nacio ultra soluta per novum procuratorem, v sol. iiij den.

Item dominica *Cantate*, que fuit XXV[ta] Aprilis [6], nacio est solempniter congregata apud Sanctum Maturinum super admissione vel refutacione sive privacione cujusdam rebellis et inobedientis bachalarii de regno Scocie, nominis Johannis Kennedy [7], et taxacione bursarum aliquorum bachalariorum Coloniensium generose admissorum, eciam ad intranciam pro gradu magisterii, placuit nacioni contradicere capere refectionem *in mula* [8], ibidem in vino et cibo et aliis, in toto xxiij alb.

Summa pagine : vj lib. xij sol. x den.

(Fol. 34 recto) Item die Mercurii V[ta] May, nacione super electione [9] novi procuratoris solempniter congregata in Sancto Maturino, exposui in *harneaus* iiij sol.

Item solvi magistro Nicholao Confrant [10], canonico ecclesie Parisiensis, ad usum capituli sui pro redempcione litere obligacionis juxta concordata inter capitulum prefatum et nacionem de summa xl librarum, de quibus ipse receperat iij libras ab inhabitatoribus; sic deficiebant et restabant sibi

1. 1445, Jan. 2, « conclusit natio quod non fieret processus ulterior » contra domum, « sed quod natio responderet pro pecuniis solvendis magistro Nicholao Conflan », canonico Parisiensi (*Auct.* II, 605, 30-37). Natio, 40 lib. Paris. capitulo eccl. Parisiensis debitis taxata (*ibid.*, 606, 40), solvit 37 lib. mense Maii 1445, 3 lib. de inhabitatoribus a capitulo receptis de quo vide *infra* 118, 30-119, 2.

2. Nicolaus Flugge, electus 1444, Nov. 18 (*Auct.* II, 601, 17), continuatus secundum *Librum proc.*, Dec. 16 (*ibid.*, 604, 32).

3. Johannes Haneron (Haneroen), Picardus, mag. Art., cursor fac. Theol. 1428 (*Chart.* IV, no. 2329, p. 485); rector 1430, ca. Dec. 16 (Bulaeus V, 921; *Partie des Pièces et actes*, pars VI, Concernans les Conciles, p. 12); 1436 ambassiator ad regem (*Chart.* IV, no. 2480, p. 580 sqq); 1437 rotulum ad papam attulit (*ibid.*, no. 2504, p. 597).

Rector 1444, Dec. 16 (*Auct.* II, 605, 2; *Auct.* V, 727; sed non in nomencl. Bulaei V); rector 1445, Oct. 11 (*Auct.* II, 624, 43; *Auct.* V, 727; Bulaeus V, 533, sed non in nomenclatura). Lic. et mag. Theol. 1446 (*Chart.* IV, no. 2605, p. 665); can. Atrebaten. in 1453 (*Auct.* II, 419, n. 2); obiit 1455 (*Auct.* V, 664, 27).

4. Concordat *Auct.* II, 612, 42.

5. I. e. *Trousse-Vache.* « Rue Troussevache. Elle donne d'un bout dans la S. Denys, et de l'autre dans celle des cinq Diamants » (Jaillot. *Recherches critiques, historiques et topographiques sur la ville de Paris*, Paris, 1782 [abbr. Jaillot, *Recherches*], I, Quartier S. Jacques-de-la-Boucherie, 73).

6. In *Libro proc.* Apr. 26 (*Auct.* II, 613, 41).

7. Johannes Kennedy, praepositus eccl. colleg. de Monyboille [*Maybole*], d. Glasguensis 1443, 22[um] annum agens (*Auct.* II, 615, n. 1; Cameron, *Apostolic Camera*, 132); lic. et mag. Art. 1446 (*Auct.* II, 652, 41; 653, 20); proc. 1447, 1450 (*ibid.*, 993).

Contentione de rectoratu cum Nicolao Fraterni 1450, Dec. vigente, non electus est (*ibid.*, 836, n. 4); receptor 1453 (*ibid.*, 998); rector 1453, Dec. 16 (*ibid.*, 902, 8; *Auct.* V, 571, 21; sed non in nomenclatura Bulaei V); praepositus S. Andreae in 1465 (*Auct.* II, 968, 2).

8. Haec taberna, hic prima vice relata, denuo occurrit 1452 (*ibid.*, 897 , 17).

9. Sc. Henricus de Marxen [*Merxem*], non electus sed continuatus atque 6[a] die Maii, 1445 (*Auct.* II, 617, 29).

10. Vel Conflans (Confrant), can. Paris. 1435 (*ibid.*, 605, n. 2); lic. Theol. 1434, Apr. 1, et mag. Jun. 17 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 18 verso); 1448 morbo leprae percussus (*Auct.* II, *loc. cit.*).

adhuc xxxvij et solvi sibi, et rehabeo litteram, xxxvij lib.

Solvi bedellis pro bursis bachalariorum

Primo Boemundo pro domino Wilhelmo Hog Scoto [1], cujus bursa xij sol., xij sol.

Item Nicholao subedello pro bursis ejusdem, vj sol.

Item Boemundo pro Alberto Posthouwer [2], Trajectensis dyocesis, cujus bursa viij sol., viij sol.

Item Nicholao, iiij sol.

Item Boemundo pro Andrea de Steenri [3], dicte dyocesis, cujus bursa vj sol., quas nacio remisit sibi propter salaria de receptoriis magistri Alberti et solvi Boemundo vj sol.

Item subedello, iij sol.

Item pro Richardo de Uchten [4], Trajectensis dyocesis, cujus bursa vj sol., solvi Boemundo vj sol.

Item Nicholao, iij sol.

Item pro Dibboldo Zelham [5], dicte Trajectensis dyocesis, cujus bursa iiij sol., solvi Boemundo iiij sol.

Item Nicholao subedello, ij sol.

Item solvi Boemundo pro Johanne Nichoali de Woerden [6], dicte dyocesis, cujus bursa iiij sol., iiij sol.

Item Nicholao subedello, ij sol.

Item solvi Boemundo pro Gerardo Jacobi de prope Woerden [7], dicte dyocesis, cujus bursai iij sol., iiij sol.

Item Nicholao subedello, ij sol.

Summa solutorum bedellis pro dictis bachalariis est iij lib. vj sol [8].

Est quidam dives de regno Scocie, nomine Johannes Kennedy, qui fecit taxari bursas suas a magistro Henrico de Merxem, tunc procuratore, in specie pauperis ad iiiij solidos. Nacio bene informata [est] quod ipse est de magnis regni Scocie oriundus et nepos cujusdam episcopi et multum bene beneficiatus quia prepositus *(Fol. 34 verso)* cujusdam beneficialis ecclesie in Scocia. Item ipse portavit secum Parisius in adventu suo bene centum scuta et recepit de post quinquaginta scuta et viginti nobilia; nacio, nolens decipi, obviando malicie sue et ne incurreret vicium perjurii, taxavit bursas suas ad x solidos, districtius eidem per bedellum injungendo ut receptori satisfaceret. Sed ipse non curavit. Bene nacio ammirabatur. Quamobrem 6ta Maii, nacione super isto quid agendum et super electione novi procuratoris seu antiqui continuacione in Sancto Maturino solempniter congregata, injunxit subedello per juramentum suum ut isti Johanni Kennedy intimaret et injungeret quod sub pena privacionis et resecacione a nacione infra mensem receptori juxta taxata satisfaceret. Recepi tum ab eo ad bonum compotum, ut apparebit in receptis.

Sequuntur nomina licenciatorum hujus anni et exposita pro eis

Solvi Boemundo pro domino Alberto Posthouwer, cujus bursa viij sol., viij sol.

Item Nicholao subedello pro eo dimidiam bursam, iiij sol.

Item pro domino Johanne Cameron seniore, cujus bursa x sol., Boemundo, x sol.

Item Nicholao subedello dimidiam bursam, v sol.

Item Boemundo pro domino Tydemanno de Gouda, cujus bursa vj sol., vj sol.

Item Nicholao pro eodem dimidiam bursam, iij sol.

Item Boemundo pro domino Johanne Cameron juniore, cujus bursa x sol., x sol.

1. Guillelmus Hogg (Hog), de Scotia, lic. et mag. Art. 1454 (*ibid.*, 902, 33). Quidam Guillelmus de Montealbo, alias de Hog, 1439 princ. eccl. Irwyn, d. Glasguen., in 1449 et 1450 vicarius perp. ejusdem eccl.; in 1462 can. Glasguen. (CAMERON, *Apost. Camera*, 123; 323; 271; 141), 1466 praebend. Menmowr, mag. Art. (*ibid.*, 156). Guillelmus Hog de Schotia, d. Glasguen. intit. Coloniae 1444 (KEUSSEN, *Matr. Köln*, I, 473), qui utrum idem sit ac Guillelmus Hog qui 1434 accedit ad gradum bacc. univ. S. Andreae (ANDERSON. *Early Records*, 15) nescimus.

2. Albertus Posthouwer de Bommel, intit. Coloniae 1442, det, ibid., 1444, Jun. 17 (KEUSSEN, *Matr. Köln*, I, 460); lic. et mag. Art. Paris. 1445 (*Auct.* II, 616, 7, 35); proc. 1445, 1448 (*ibid.*, 993); 1448, Sept. 7 ad curiam Romanam recessurus supplicavit ut etsi absens, futurus esset tamquam praesens inrotularetur (*ibid.*, 740, 8-12).

3. Andreas de Steenri, natus de Doesborch (*ibid.*, 674, 2), lic. et mag. Art. 1446 (*ibid.*, 652, 31; 653, 10); proc. 1446 (*ibid.*, 993).

4. Richardus de Dordraco [*Dordrecht*], alias de Uchten (*ibid.*, 666, 35), lic. et mag. Art. 1446 (*ibid.*, 652, 47; 653, 27).

5. Dubboldus Zelham de Campis [*Kampen*], intit. Coloniae 1442, det. ibid. 1443, Nov. 21 (KEUSSEN, *Matr. Köln*, I, 454); lic. et mag. Art. Paris. 1445 (*Auct.* II, 616, 19; 617, 13); proc. 1445, 1448,1452, (*ibid.*, 993; 994).

6. Johannes Nicolai de Woerden, lic. et mag. Art. 1446 (*ibid.*, 653, 3, 31).

7. Gerardus Jacobi de Woerden, alias de Cameraco.

Item pro distribucionibus in profesto Assumptionis Beate Marie, x sol. paris.

Item in missa tam pro ecclesia quam pro distribucionibus, xxxiij sol.

Summa istius pagine : xvj lib.

(Fol. 52 verso) Item pro procuratore, in *cervo*, xx sol.

Item in creditu magistri Alberti [6] de curia regis exposuit natio, in *balista*, xlviij sol. viij den.

Item in electione [7] magistri Johannis Cameron in eodem loco, xvj sol. par.

Item in vigilia Nativitatis Nostre Domine pro distributionibus, x sol. iiij den.

Item in die Nativitatis tam in ecclesia quam in distributionibus, xxxvij sol. iiij den.

Item undecima mensis Augusti dedi graphario curie Castelletti pro arris xj sol.

1. Substitutus proc. 1448 Jul. 2 (*Auct.* II, 733, 32).

2. Johannes Rapiot alias Rapiout, tertius praesidens camerae Magnae Parlamenti, Jun. 1418-Jan. 1421 (F. Aubert, *Histoire du Parlement de Paris de l'origine à François Ier, 1250-1515*, Paris, 1894 [abbr. Aubert, *Histoire du Parlement*] I, 386); advocatus, regis Henrici VI in Parlamento 1422-1436 (R. Delachenal, *Histoire des avocats au Parlement de Paris, 1300-1600*, Paris, 1885 [abbr. Delachenal, *Histoire des avocats*], 134, n. 1; 175; Aubert, *op. cit.*, 13; 171). Plura de eo : *Auct.* V, 117, n. 4.

3. Johannes Longuejoe (*Auct.* II, Longuerobbe) de Parisiis, mag. Art. et lic. leg., bacc. Decr. 1432 (*Fac. Déc.* I, 388; 394); lic. Dec. 1434 (*ibid.*, 415); advocatus Univ. in Castelleto 1447, Dec. 11 (*Auct.* V, 230, 11 et n. 4).

4. Johannes se civem Trajectensem esse per instrumentum authenticum curiae Trajectensis, in quo testes fide digni eum Trajectensem natum juraverunt, atque per duos curatos eccl. paroch. Sancti Nicolai adhibitos probavit (*Auct.* II, 735, 24-34).

5. Sept. 21 in computo faciendo duo magistri hanc misiam oppugnabant (*ibid.*, 741, 40-43).

6. I. e. Albertus Scriptoris, qui litteras recommendatorias a rege pro ambassiatoria ad summum pontificem, Nicolaum V, recepit (*Auct.* II, 733, 33-41).

7. 1448 Aug. 26 (*ibid.*, 738, 2).

Item in *aranea* [1], presente procuratore Castelletti et clericis, viij bl.

Item dedi Nicolao et Bomondo pro bursis domini Johannis Petri, xij sol.

Summa : vj lib. xvij sol. iiij den.

Facta fuit congregatio nationis Almanie in die beati Mathei, in Sancto Maturino, ad audiendum compotum receptoris, qui compotus fuit auditus, et ascendit recepta misiam in sexaginta novem lib. iiij sol. x den. paris., quam summam tradidit depost in diversis novo receptori hac die electo, magistro Johanni de Palatio, sic tamen quod tradidit eidem novo receptori quendam librum impigneratum antiquo sibi ex parte nationis per magistrum Arnoldum Bernardi pro duabus libris, quem librum dictus novus, receptor recepit ex deliberatione certorum deputatorum nationis.

[1448, SEPT. 21 - 1449, SEPT.21]

Receptoria magistri Johannis de Pallacio [de Daventria, d. Trajectensis]

Anno Domini M° CCCC° XLVIII°, in die sancti Mathei, congregata nacione in Sancto Maturino super electione novi receptoris [2] et aliis punctis electus est concorditer in receptorem nationis Almanie magister Johannes de Pallacio, qui fecit misias et receptas sequentes.

Sequuntur misie facte in ista receptoria

In primis ipsa die Mathei, qua fuit electus receptor, exposuit in prandio iiij lib. xiiij sol.

Item tradidit receptor consensu nacionis magistro Johanni [3] in egritudine constituto, supplicanti ipsa die Mathei pro quadam pia subvencione, ij lib. iij sol.

Item bedellis nostre nacionis dono quodam gratuito, non ex debito, vj lib. xij sol.

Item tempore continuacionis [4] procuratoris magistri Johannis Cameron in hospicio *corone* [5], xiij sol.

Summa : xiiij lib. iij sol.

(Fol 53 recto) Item supplicantibus magistris nostre nacionis magistro Nicolao de Huesden, magistro Johanne Tybis, pro inrotulacione volentibus ire ad curiam romanam, in *balista*,' j lib. viij sol.

Item pro copia processus in Castelleto contra textorem, presente magistro Johanne Kanedi procuratore [6] et aliis magistris ad hoc deputatis, unum scutum Wilhelmi, quod valuit xviij sol.

Item pro eisdem deputatis quia hora prandii instabat, in hospicio *arene*, viij sol.

Item ipsa die electionis [7] magistri Lamberti Scout in procuratorem, in *cervo*, xv sol.

Item pro cappa rectoris magistri Johannis Doucart [8], lij sol.

Item magistro Lamberto Scout antiquo receptori pro diligenciis factis in Castelleto et Parlamento in causa nacionis contra textorem, ij lib. iiij sol.

Item in primis vesperis sancti Eadmundi in distribucionibus, straminibus et ceteris, xj sol.

Item in missa ejusdem in distribucionibus, cantoribus et organista [*sic*], xxxvj sol.

Item pro quodam cereo ante ymaginem sancti Eadmundi, vj sol.

Item in die Eadmundi in prandio, vj scuta vj sol. viij den.

Item in primis vesperis sancte Katherine, ix sol.

Item in missa ejusdem diei, xxix sol. viij den.

Item in crastino sancti Andree in vigiliis et commemoracionibus animarum in ecclesia, viij sol.

Item in missa in distribucionibus et aliis in ecclesia, xxvj sol.

Item in primis vesperis sancti Nicolai in distribucionibus, x sol. iiij den.

Item in missa ejusdem in distribucionibus et aliis in ecclesia, xxix sol. iiij den.

Item in primis vesperis Concepcionis Beate Marie Virginis, ix sol.

Item in missa ejusdem in ecclesia, xxviij sol.

Item ipsa die electionis [9] magistri Adriani van Meer de Huesden in procuratorem, in *pavone*, ix sol. iiij den.

1. De qua iterum 1449, Oct. 29 mentio fit (*infra*, 183, 11; cf. *Auct.* II, 782, n. 2).
2. Cf. *Auct.* II, 741, 33-34.
3. Nomen familiae non scribitur sed adest lacuna.
4. Continuatus 1448, Sept. 23 (*ibid.*, 742, 20).
5. Hic primo occurrit hoc hospitium, deinde 1450, Apr. 8 (vide *infra*, 186, 6).
6. Substitutus procuratoris 1448, Sept. 25 (*Auct.* II, 742, 33).
7. 1448, Oct. 22 (*ibid.*, 747, 45).
8. Johannes Docart, d. Novionem, bacc. Decr. 1443, Sept. 19 (*Fac. Déc.* II, 95), mag. 1448, April (*ibid.*, 187); rector 1448, Oct. 10 (*Auct.* II, 744, 22, ubi Oct. 9; *Auct.* V, 278, 14; Bulaeus V, 921).
9. 1448, Dec. 16 (*Auct.* II, 752, 10).

Item pro cappa rectoris [1] magistri Jacobi Carpentiir, lij sol.

Item pro uno procuratorio in Parlamento contra textorem, iiij sol. iiij den.

Item ad habendum originale de sentencia lata in Castelleto, ij sol.

Item pro uno sacco ad imponendum scripta cause nacionis et pro cera ad sigillandum procurationem, viij den.

Item pro deputatis ad sigillandum procurationem et aliis deputatis ad avisandum aliqua carta dispensacionem cujusdam statuti, in *cervo*, xij sol. iiij den.

Item presentibus procuratore et pluribus magistris deputatis ad informandum procuratorem in Parlamento contra textorem, in *pavone*, xiiij sol.

Item in profesto Purificacionis Marie in primis vesperis in distribucionibus et straminibus in choro, xj sol.

Item in missa ejusdem in distribucionibus, oblacionibus et organista, xxx sol. viij den.

Item pro cereis in ecclesia magistris distributis et in ecclesia remanentibus, iij lib.

Item ipsa die electionis [2] magistri Telmanni de Gouda in procuratorem, interveniente ad hoc consensu nacionis, in *cervo* pro prandio, ij scuta xij sol.

Item eadem die nomine nacionis ex quadam pia subvencione Nycolao subbedello [3], ij scuta.

Item dedi Boemundo bedello nacionis de bursis baccalariorum iiij scuta iiij den.

Item dedi Nycolao subbedello de bursis baccalariorum ij scuta ij sol.

Item ipsa die continuacionis [4] magistri Telmanni de Gauda in procuratorem, volente id nacione, in prandio, iij scuta iij sol.

Item secundum deliberacionem nacionis magistro Alberto Scriptoris [5], xxxij lib.

Item in primis vesperis Annunciacionis Beate Marie Virginis in distribucionibus, x sol. iiij den.

Item in missa ejusdem in distribucionibus et aliis, xxx sol.

Summa : lxxxiiij lib. ix sol. viij den.

(Fol. 53 verso) Item adhuc dedi Boemundo, bedello nacionis, de bursis levatis iij scuta minus iiij sol.

Item Nycolao subbedello, scutum cum medio minus ij solidis.

Item procutatori tempore computacionis, unam libram.

Item pro stipendiis receptoris in primo compoto, iiij lib.

Item recepit receptor ab antiquo receptore quendam librum sibi inpignoratum pro duabus libris quem presentat nacioni et ideo defalcabuntur receptori ij lib.

Summa istius : xj lib. xiij sol.

Summa misiarum : centum et decem librarum, v sol. viij den.

Sequuntur recepte in ista receptoria

In primis recepit receptor ab antiquo receptore in diversis sexaginta novem libras, iiij sol. x den.

Item a magistro Adriano de Mera, iij scuta que debebat nacioni tempore sue promocionis.

Nomina baccalariorum istius Universitatis de preterito anno

Item a Johanne Wittenwiler [6], Constanciensis diocesis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Johanne Jacobi de Montfordia [7], cujus bursa nichil, sed pro scolis, xx sol.

1. Jacobus Carpentarii, rector 1448, Dec. 16 (*ibid.*, 752, 29; *Auct.* V, 285, 20, ubi Dec. 17; in nomenclatura Bulaei V, 921 « Jo. Charpentier »).

2. 1449, Feb. 10 (*Auct.*, II, 755, 26).

3. Pro quo supplicavit Johannes de Dorlo ob infirmitatem et paupertatem 1449, Feb. 10 (*ibid.*, 755, 32-40).

4. 1449, Mar. 10 (*ibid.* 756, 15).

5. Pro expensis ad litteras licentiatorias a rege obtinendas, ut ambassiatoria apud papam Nicolaum V ad quam 1448, Feb. 17 electus erat (*ibid.*, 710, 30-37; *Chart.* IV, n° 2626, p. 678) fungeretur (*Auct.* II, 756, 17-29).

6. Johannes Wittenwiler de Constancia [*Konstanz*], intit. Heidelberg. 1442, bacc. Art. 1444 (Toepke, *Matr. Heidelberg*, I, 234); lic. et mag. Art. Paris. 1449 (*Auct.* II, 764, 11; 765, 4).

1454, beneficium suum in Andelshofen contra beneficium capellaniae Sancti Petri eccl. Constant. permutavit (K. Rieder, ed., *Regesta Episcoporum Constantiensium. Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanz... 517-1496*, [abbrev. Rieder, *Reg. Episcop. Constant.*], Innsbruck, 1928 IV, p. 209, n° 11777).

7. Johannes Jacobi de Montfordia [d. Leodien.] lic. et mag. Art. 1449 (*Auct.* II, 763, 40; 764, 42); eum non eundem ac Johannem Montfordia, intit. Coloniae 1462 esse credimus (Keussen *Matr. Köln*, I, 683).

Nomina baccalariorum aliarum universitatum[1]

Item a Gregorio Arensdorf[2], diocesis Misnensis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Burcardo Helchner[3], Bambergensis diocesis cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro scolis, xl sol.

Item a Bertoldo Lindenbulcze[4], diocesis Maguntinensis, cujus bursa nichil, sed pro scolis, xx sol.

Nomina baccalariorum istius anni et istius Universitatis

Item a domino Ottone de Tiela de civitate Trajectensi, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Ludolpho Zwafken[5], Trajectensis diocesis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Theodrico Kistemaker[6], Trajectensis diocesis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Gotfrido Heymerik[7], Coloniensis diocesis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Rodolpho Balinoet[8], Coloniensis diocesis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Johanne Wesanen[9], Trajectensis diocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro scolis, xxx sol.

Summa istius pagine : centum et xij lib. x den.

(Fol. 54 recto) Item a Lamberto Neerden, Trajectensis diocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro scolis, xxx sol.

Item a domino Andrea Laurencii[10], Aboensis diocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro scolis, xxx sol.

Item a Johanne Bovis de Arow[11], Constanciensis diocesis, cujus bursa nichil, sed pro scolis, xx sol.

Item a[b] Arvido Jacobi[12], Aboensis diocesis, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro scolis, xl sol.

Item a Judoco Pontz[13], Constanciensis diocesis, cujus bursa nichil, pro scolis, xx sol.

Item a Johanne Kello[14], diocesis Sancti Andree, cujus bursa nichil, pro scolis, xx sol.

Item ab Alexandro Mac Alexander[15], Glasguensis diocesis, cujus bursa nichil, pro scolis, xx sol.

Item ab Andrea Conradi Hagen[16], Trajectensis diocesis, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro scolis, xl sol.

Item a Laurencio Leydis[17], Trajectensis diocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro scolis, xxx sol.

Item a Mauricio Wilhelmi Camerlinck[18], Trajectensis [diocesis], cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro scolis, xl sol.

Item a Johanne Henrici de Velsen[19], Trajectensis diocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro scolis, xxx sol.

Item ab Alexandro Bothuil[20], diocesis Sancti Andree, cujus bursa viij sol., xl sol.

1. Typis jam mandatum *Auct.* II, 757, 18-758, 38.

2. Gregorius Arensdorf de Besko, intit. Lipsiae in nat. Misnensium 1438 (Erler, *Matr. Leipzig*, I, 125); bacc. Art. 1442 (*ibid.*, II, 128); lic. et mag. Art. Paris 1449 (*Auct.* II, 764, 7; (vide *infra*, 186, 38).

3. Burchardus Helchner, lic. et mag. Art. 1450 (*Auct.* II, 812, 40; 813, 33).

4. Berchtoldus Lindenbulcze de Hungen, intit. Erfordiae 1444 (H. J. C., Weissenborn, *Acten der Erfurter Universitaet*, « Geschichtsquellen der Provinz Sachsen und angrenzender Gebiete », 8, Teil I, II, Halle, 1881-1899 [abbr. Weissenborn, *Acten Erfurt*], I, 202).

5. Ludolphus Swanenken, lic. et mag. Art. 1450 (*Auct.* II, 812, 46; 813, 40),

6. Theodoricus Kistemaker de Xantis [*Xanten*], intit. Coloniae 1447 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 506); lic. et mag. Art. Paris. 1450 (*Auct.* II, 813, 1, 42); 1453 in curia Romana morabatur (*Auct.* II, 757, n. 6); cler. d. Colonien., in ordinibus minoribus 1464 (Keussen, *loc. cit.*).

7. Gaufridus Heymerik, lic. et mag. Art. 1450 (*Auct.* II, 813, 11; 814, 8).

8. Rudolphus Balivoet, lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 22; 814, 25).

9. Johannes Wesanen, lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 25, 44).

10. Andreas Laurentii, alias Monachi, lic. et mag. Art. 1450 (*Auct.* II, 813, 4, 46).

11. Johannes Bovis de Arow [*Aarau*], lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 17; 814, 14); solvit bursam 1481 (vide *infra*, 572, 28).

12. Arvidus Jacobi, lic. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 14); mag. 1452 (*ibid.*, 891, 22); proc. 1453 (*ibid.*, 994).

13. Judocus Pontz vel Bons, lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 27. 48); quidam mag. Jodocus Poutz de Waldsee, d. Constantien, intit. Basiliae 1470/71 (Wackernagel, *Matr. Basel*, I, 87).

14. Johannes Kello, lic. et mag. Art. 1450 (*Auct.* II, 813, 10; 814, 4); capellanus nationis 1463 (*ibid.*, 949, 30); obiit 1466 (*Auct.* III, 17, 1).

15. Alexander Mac Alexander (Alexandri), sive major, lic. et mag. Art. 1450 (*Auct*, II, 813, 21; 814, 22).

16. Andreas Conradi Hagen, lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 18; 814, 20).

17 Laurentius Leydis, lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 6; 814, 6).

18. Mauritius Guillelmi Camerlinck, lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 19; 814, 18).

19. Johannes Henrici de Velsen, lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 812, 44; 813, 38); proc. 1454 (*ibid.*, 994, ubi « Johannes Welchen »).

20. Alexander Bothuil [Bothwell], lic. univ. S. Andreae 1451 (Anderson, *Early Records*, 29).

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Johanne Grebber[1], Trajectensis diocesis, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro scolis, xl sol.

Item a Henrico Truchses[2], diocesis Herbipolensis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Wernero Susinger[3], diocesis Basiliensis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro scolis, xxx sol.

Item a David Abrecrumbi[4], diocesis Sancti Andree, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis, l sol.

Item a Nycolao Johannis de Haerlem[5], Trajectensis diocesis, cujus bursa nichil, pro scolis, xx sol.

Item a Johanne Vogel de Kyrs[6], Treverensis diocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro scolis, xxx sol.

Item a Galtero de Spaldyng[7], diocesis Brechinensis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro scolis l sol.

Item magister Jacobus de Gouda adhuc debuit nacioni de sua recepta septemdecim libras paris. de juribus magistrorum Martini et Thome Vaus, Sco[torum], quam summam dictus magister Jacobus solvit michi receptori.

Summa istius pagine : lxix lib.

Summa tocius recepte : centum et lxxxj lib. x den.

Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, quinta Aprilis more Gallicorum, facta fuit congregacio[8] venerande nacionis Almanie ad audiendum primum compotum receptoris, quo audito ascendebat recepta misiam in summa septuaginta librarum parisiensium [x]v sol. ij den., in qua summa mansit receptor debitor nacioni. Et supplicavit receptor haberi gratus et avoatus, quod concessum est concorditer.

Temanus de Gouda, pro tunc procurator
[*sign. man.*][9]

(Fol. 54 verso) Sequuntur misie facte post primum compotum

In primis ipsa die computacionis in profesto Palmarum in prandio, presentibus omnibus magistris, vj scuta xiij sol. viij den.

Item in exequiis magistri Bolduini Ohe[10], in cereis et distribucionibus, ij lib.

Item in prandio tempore electionis[11] magistri Ade Scaep in procuratorem, in *cervo*, presentibus magistris nacionis, ij lib. vj sol.

Item pro reparacione sigilli procuratoris, viij sol.

Item ipsa die qua continuatus[12] fuit magister Adam Scaep in procuratorem, in *pavone* in prandio, volentibus hoc magistris nostre nacionis, iij scuta iiij sol. vj den.

Item ipsa die substitucionis Johannis Loze[13] in subsidium bedellorum, in prandio, presentibus magistris nostre nacionis, iij lib. iij sol. viij den.

Item pro reparacione scolarum *septem arcium* et *antiquarum scolarum* et pro deputatis ad avisandum modum reparacionis, ix scuta viij sol. viij den.

Item XXIII die Maii, presentibus magistris nacionis in *epitogio*, ij scuta xj sol. xj den.

Item tempore electionis[14] magistri Henrici de Campis in procuratorem, in *duobus angelis* in prandio, iij scuta viij sol.

Item dedi Bomundo, bedello nacionis de bursis levatis xj scuta ij sol.

Item Nycolao, subbedello de bursis, v scuta xij sol.

Item pro deputatis ad informandum procuratorem nostrum in Parlamento, xj sol. ij den.

Item dedi procuratori nostro in Parlamento ad

1. Johannes Grebber de Delft, intit. Lovanii 1444, det. 1445 vel 1446, bacc. 1446, promotus in fac. Art. 1447 (Reusens, *Matr Louvain*, 154).

2. Probabilissime Henricus Truchzis, can. Novi Monasterii, Herbipolen. dioc., intit. Erfordiae 1444 (Weissenborn, *Acten Erfurt*, I, 204).

3. Wernherus Susinger de Loffenbach (*Auct.* II, 758, 29), lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 12; 814, 10).

4. David Abrecrumbi (Abercrombie), nobilis ex utroque parente (*Auct.* II, 758, n. 9), lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 812, 42; 813, 36).

5. Nicolaus Johannis de Haerlem [*Haarlem*], lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 24; 814, 16).

6. Johannes Vogel de Kers, lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 15; 814, 12).

7. Galterus de Spalding de Scotia, lic. et mag. Art. 1450 (*ibid.*, 813, 8, 47).

8. Apud Sanctum Maturinum (*ibid.*, 758, 39).

9. Marg. inf. : « lxx lib. xv sol. ij den. ».

10. I. e. Balduini Gerardi de Eghe, qui mortuus est 1449, Apr. 1, et sepultus est super coemeterium SS. Cosmae et Damiani, ecclesiae nationis (*Auct.* II, 759, 7-15).

11. 1449, Apr. 7 (*ibid.*, 759, 33).

12. 1449, Maii 5 (*ibid.*, 760, 42).

13. Johannes Loysen (Loeb, Loze), subbedellus saltem usque ad 1462, quando mortuus est (vide *supra* 369, 14). Ei succedit Conradus de Constantia certe 1464 (vide *supra* 382, 16, n. 7).

14. 1449, Jun. 2 (*Auct.* II, 766, 40).

videndum acta nacionis contra textorem j scutum.

Item magistro Jacobo Lullier [1] pro cappa, lvj sol.

Item pitanciario Sancte Genovefe, ut patet in quitanciis sequentibus, in toto xxxvij sol. vj den.

Receu par moy, frere Jehan Bourgois, pitanctier et cuisinier de l'eglise Saincte Geneviefve ou Mont de Paris, de venerable et discrette personne maistre Jehan du Palays, receveur de la nacion d'Alemaigne, la somme de xxij s. vj den. paris. deubz a laditte eglise tant pour le fons de terre que pour la rente dez escoles de laditte nacion, assises en la Rue du Feure, pour ung an fini au terme de saint Jehan dernier passe; de la quelle somme de xxij s. vj den. par. pour ledit an a cause de l'office dez pictances je me tieng content et aussi de tout le temps passé; fait le xxviij[e] jour de juing l'an mil quatre cens quarante neuf.

J[EHAN] BOURGOIS
[*sign. man.*]

Item ay receu pour et ou nom de frere Guillelme le Marnoys, prieur de laditte eglise, la somme de quinze solz paris. pour ung an fini audit terme de saint Jehan a cause de parreille somme qu'il a droit de prendre sur lesdittes escolez par chacun an; de la quelle somme je promes acquitter ledit receveur et tous aultres envers ledit prieur. Tesmoing mon saing manuel cy mis le XXVIII[e] jour de juing l'an mil quatre cens quarante neuf.

J[EHAN] BOURGOIS
[*sign. man.*]

Item pro cappa rectoris [2] magistri Jacobi de Gouda, lvj sol.

Item tradidi Johanni Loze, substituto [3] bedellorum, iiij scuta, in defalcacionem stipendii sui.

Item magistro Lamberto Scout occasione sollicitacionis in Parlamento, xxviij sol.

Item placuit nacioni honorabilem dominum rectorem magistrum Jacobum de Gouda in prandio, presentibus magistris nacionis, in quo exposui quinque scuta viij sol. iiij den.

Item pro deputatis ad informandum primum presidentem camere Requestarum [4] de causa nacionis contra textorem, xviij sol.

Misie istius pagine : lxxv lib. xj sol., v den.

(Fol. 55 recto) Item in primis vesperis Assumpcionis Beate Marie Virginis in distribucionibus, xiiij sol. viij den.

Item in missa in distribucionibus et aliis, xxxvij sol. viij den.

Item ipsa die electionis [5] magistri Thome Cameron in procuratorem, in prandio, ij scuta xij sol. viij den.

Item prima Septembris anno quadragesimo nono, posui ad archam nacionis quinquaginta scuta Francie et decem salucia in auro, presentibus venerabilibus magistris Thoma Cameron procuratore, Alberto Scriptoris, Lamberto Schout, Tilmanno de Gouda, Johanne Kennedi [6], que summa extendit se ad sexaginta sex libras paris. et quinque sol., in cujus rei testimonium signeta sua manualia apposuerunt :

THOMAS CAMERON
[*sign. man.*]

A[LBERTUS] SCRIPTORIS
[*sign. man.*]

TEMANNUS DE GOUDA
[*sign. man.*]

Item ipsa die posicionis pecuniarum ad archam nacionis, quia hora prandii instabat, pro deputatis in *epitogio*, xj sol. viij den.

Item in primis vesperis Nativitatis Beate Marie Virginis in distribucionibus, xiij sol. iiij den.

Item in missa ejusdem, xxxvj sol. iiij den.

Item procuratori ipsa die computacionis, unam libram.

Item pro stipendiis receptoris in ultimo compoto, secundum conclusionem nacionis, iiij lib.

Item de bursis levatis adhuc dedi Boemundo bedello et Nicolao viij sol.

Summa istius : lxxx lib. xix sol., iiij den.

Summa omnium misiarum : centum quinquaginta sex lib. x sol., ix den.

1. Jacobus Luillier, d. Parisien., nat. Franciae (*ibid.*, 757, 5), incepit in Art. 1437 (BULAEUS V, 890); 1444 inter artistas in coll. Navarrae (LAUNOY IV, 389); proc. nat. Franciae eodem anno (*Auct.* V, 730); rector 1449, Mar. 24 (*Auct.* II, 757, 5; *Auct.* V, 302, 12; BULAEUS V, 921).

1452 inter Theologos coll. Navarrae (LAUNOY IV, 389); receptor nat. Franciae 1455 (*Auct.* V, 732); lic. Theol. 1458, Feb. 13 et mag. Jun. 14 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 22 recto); can. eccl. Parisiensis, obiit 1489, Aug. 28 (LAUNOY IV, 715).

2. Jacobus Nicolai de Gouda, rector 1449, Jun. 23 (*Auct.* II, 768, 45).

3. Nicolaus subbedellus infirmus signum nationis Johanni [Losen] tradidit. Johannes pro virga fidejussores ponere debebat (*ibid.*, 761, 32-39).

4. Sc. supplicaverant ne in causa nationis (de qua *supra*, 103, n. 2), acceleraretur nisi prius consideratis quibusdam cedulis, quae causam nationis promovere possent (*Auct.* II, 770, 33-41).

5. 1449, Aug. 26 (*Auct.* II, 772, 22).

6. Secundum *Librum proc.* etiam Johannes Losen, substitutus bedelli, praesens erat (*ibid.*, 774, 7).

Recepte post primum compotum

In primis mansi debens nacioni in primo compoto in summa septuaginta librarum parisiensium, quindecim sol. et duorum den.

Nomina duorum incipiencium anno preterito licenciatorum[1]

Dominus Petrus Yvonis de Alcmaria, cujus bursa nichil.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, ij francos.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Item a domino David de Crannoch, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, ij francos.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Nomina licenciandorum istius anni

Dominus Franco de Keel, cujus bursa viij sol., xl sol.

Dominus Guilhelmus de Cranoch, junior, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Folperdus de Amerongen, cujus bursa viij sol., xl sol.

Dominus Arnoldus Foykin, Trajectensis diocesis, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Thomas de Driel, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Dominus Guilhelmus de Cranoch, senior, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Theodricus Vustinch, Trajectensis [diocesis], cujus bursa viij sol., xl sol.

Dominus Rodolphus Vries, Trajectensis diocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Summa istius : lxxxviij lib. xv sol., ij den.

(Fol. 55 verso) Dominus Florencius de Dam, Trajectensis diocesis, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Conradus Suterlin, cujus bursa nichil.

Dominus Johannes Langh[2], Aroisiensis diocesis, qui solvit bursas pro baccalariatu et pro licencia, iij lib. cum media.

Dominus Johannes Noel, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Dominus Johannes de Mosa, Trajectensis diocesis, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Franco Pauli, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Nicolaus Reneri, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Wilhelmus Hagen, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Dominus Theobaldus Johannis, cujus bursa nichil.

Dominus Petrus Marci, Aboensis diocesis, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Johannes Jacobi de Montfordia, cujus bursa nichil.

Dominus Wesselus ten Kate de Anholt, Monasteriensis diocesis, cujus bursa nichil.

Dominus Johannes Florencii, Trajectensis diocesis, cujus bursa nichil.

Dominus Theodricus de Graft, Trajectensis diocesis, cujus bursa nichil.

Dominus Cornelius Wilhelmi, Trajectensis diocesis, cujus bursa v sol., xxv sol.

Dominus Theodricus Martini, diocesis Trajectensis, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Nycolaus Theodrici Johannis, Trajectensis diocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Dominus Theodricus Arnoldi Hagen, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Dominus Gregorius Arnsdorf, Misnensis diocesis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Dominus Cristianus Swicken[3], diocesis Herbipolensis, cujus bursa nichil.

Dominus Johannes Wittenviler, Constanciensis diocesis, cujus bursa viij sol., xl sol.

Nomina incipiencium istius anni[4]

Dominus Franco de Keel, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

1. Typis jam mandatum . *ibid.*, 762, 38-764, 12.

2. Johannes Langh de Arusia [*Aarhus*], intit. Erfordiae 1443 (Weissenborn, *Acten Erfurt*, I, 195); bacc. receptus Paris. 1448, Jan. 26 (*Auct.* II, 706, 28); lic. et mag. Art. 1449 (*ibid.*, 763, 25; 764, 40).

3. « Sleicken » erronee *ibid.*, 764, 9.

4. Cf. *ibid.*, 764, 14-765, 16.

Item ad eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Guilhelmus de Cranoch, junior, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ad eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Folperdus de Amerongen, Trajectensis [diocesis], cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Arnoldus Foeykin, Trajectensis diocesis, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Thomas de Driel, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Guilhelmus de Cranoch, senior, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Summa istius pagine : xliij lib. xv sol.

(Fol. 56 recto) Dominus Theodricus Vustinch, Trajectensis [diocesis], cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Rodolphus Vrese, Trajectensis diocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Florencius de Dam, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Johannes Noel, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Johannes Lang, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Johannes de Mosa, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Petrus Marci, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Nycolaus Reyneri, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Franco Pauli, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Wilhelmus Hagen, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Theobaldus Johannis, cujus bursa nichil. Sed ab eo pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Johannes Jacobi, cujus bursa nichil. Ab eo pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Wesselus ten Kathe de Anholt, cujus bursa nichil.

Sed ab eo pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Johannes Wittenviler, cujus bursa viij sol., xl sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Summa istius pagine : xliij lib. x sol.

(Fol. 56 verso) Dominus Theodricus Martini, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Cornelius Wilhelmi, Trajectensis diocesis, cujus bursa v sol., xxv sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Theodricus de Graft, Trajectensis diocesis, cujus bursa nichil. Sed ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Nycolaus Theodrici Johannis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Conradus Suterlin, Constanciensis diocesis, cujus bursa nichil. Ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Dominus Theodricus Arnoldi Hagen, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Item ab eodem pro jocundo adventu ad nacionem, xxxij sol.

Item ab eodem pro cappa rectoris, viij sol.

Summa istius : xvij lib. v sol.

Summa omnium receptarum : centum nonaginta tres lib. v sol. ij den.

Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, ipsa die Mathei, facta fuit congregacio nacionis Almanie ad eligendum novum receptorem et ad audiendum compotum antiqui receptoris, quo audito recepta ascendit misiam in summa xxxvj lib. xiiij sol. v den., quam summam antiquus receptor tradidit magistro Tymanno de Gouda, novo receptori tunc electo, in presencia domini rectoris magistri Jacobi de Gouda, et fuit compotus gratus nacioni.

[1449, SEPT. 21 - 1450, SEPT. 21]
Receptoria magistri Temanni de Gouda, [d. Trajectensis]

Anno Domini M° CCCC° XLIX°, in die sancti Mathei apostoli, congregata nacione in Sancto Maturino super electione novi receptoris et aliis, electus est concorditer in receptorem nacionis Almanie magister Temanus de Gouda, qui fecit misias et receptas sequentes [1].

(Fol. 57 recto) Sequuntur misie facte in ista receptoria

In primis, ipso die Mathei, in electione novi receptoris, in camera rectoris magistri Jacobi de Gouda in presencia omnium magistrorum, viij lib. xj sol. viij den.

Item dedi Johanni substituto nostre nacionis de sallario suo secundum conclusionem nacionis 23ª die Septembris, ij lib. iiij sol.

Item dedi Nicolao, subbedello de dono gratuito concesso sibi a nacione, j lib. ij sol.

Item exposui in *duobus angelis* in presencia nacionis, in electione [2] magistri Theoderici Brakel in procuratorem, ij lib. vj sol. vj den.

Item dedi Laurencio Fabri pro reformacione cere et pro una clave pro archa nacionis, in qua est thesaurus, ij sol. par.

Item dedi uni harbario, scilicet Angelot, secundum conclusionem nacionis ex parte magistri Baldevini [3], vj sol.

Item exposui in continuacione [4] magistri Theoderici Brakel, in *pavone*, j lib. xj sol.

Item exposui die 22ª mensis Octobris pro deputatis ex parte cause nostre in Parlamento Du Quarter Fus Chaimont [?] xvj sol.

Item dedi lathomo eodem die, qui cum deputatis visitavit *locum Lincopie* [5], ij sol.

Item exposui 23ª die mensis Octobris in Parlamento in presencia magistri Jacobi [6], magistri Alberti [7], magistri Lamberti Scout, ubi erat collacio facta de causa nostra [8] contra textorem pro tribus procuratoribus, iij lib. vj sol.

1. Marg. inf. : « restant ».
2. 1449, Sept. 30 substitutus (*Auct.* II, 778, 22).
3. I. e. Balduinus Gerardi de Eghe.
4. 1449, Oct. 22 (*ibid.*, 781, 38).
5. I. e. domus *ad cornu cervi* (*Auct.* I, lxiv, Intr.). « in vico montis Sancti Hylarii vel montis Carmelii » (*Auct.* II, 781, 44; GABRIEL, *Skara House at the Mediaeval University of Paris*, 35-43).
6. Sc. de Gouda.
7. Sc. Scriptoris.
8. Cf. *Auct.* II, 821, 29-40; de causa vide *supra*, 103, n. 2.

Item exposui diebus aliquibus simul pro deputatis, scilicet procuratore, magistro Jacobo, magistro Alberto, magistro Johanne de Pallacio et magistro Lamberto [1], et aliis pro laboribus ad optinendum *locum Dacie* [2] contra magistrum nostrum Penetser [3], xv sol.

Item pro constitucione unius procuratoris in Castelleto et pro procuratorio ejusdem et sigillo regis et laboribus ejusdem procuratoris de facto *Dacie*, xiiij sol.

Item pro deputatis in *aranea* 29ª Octobris, scilicet pro procuratore et aliorum, ix sol. vj den.

Item dedi de Castroforti [4] pro cappa rectoris ij lib. xvj sol.

Item in profesto sancti Eadmundi, in vesperis pro distribucionibus et straminibus, xiij sol.

Item pro quodam cereo ante ymaginem nostram, vj sol.

Item in missa pro distribucionibus et organista et oblacionibus et cantoribus, ij lib. ij sol.

Item exposui in prandio in festo sancti Eadmundi, xij lib. 13 sol. 10 den.

Item pro duobus porcellis, xiij sol.

Item pro prandio servitorum et vino bedellorum, vij sol.

Item exposui pro vino scriptoris, quando mittebatur litera ad unum magistrum de alta Almania super monicione debitorum et vino aliquorum aliorum, in *rosa*, iij sol. 4 den.

Summa presentis pagine : xlj lib. xix sol. x den. paris.

(Fol. 57 verso) Sequuntur misie facte

In primis vesperis sancte Katerine pro distribucionibus, xj sol.

Item in missa pro distribucionibus, offertorio et aliis, 1 lib. 14 sol.

Item dedi clerico nostri procuratoris in Parlamento pro vino suo de quadam litera contra textorem in presencia magistri Lamberti in domo procuratoris ij sol.

Item dedi magistro Lamberto Scout pro sallario suo ij lib. xv sol.

Item exposui in festo sancti Andree, pro distribucionibus xij sol. viij den.

Item altera die in missa de requiem, j lib. xj sol.

Item ipso die, scilicet prima Decembris, pro dejanctaculo, scilicet procuratoris, magistri Lamberti et aliorum qui iverunt ad Parlamentum ad Cotton [5] pro causa contra textorem, iiij sol.

Item exposui 4ª die Decembris in Parlamento pro sigillo regio et vino clerici contra textorem, viij sol. sigillo, 4or pro vino, xij sol.

Item in vesperis sancti Nicolai, pro distribucionibus, xiij sol.

Item in missa pro distribucionibus et aliis, j lib. xiij sol.

Item in vigilia Concepcionis in vesperis, xiij sol. iiij den.

Item in missa pro distribucionibus et aliis, j lib. xiij sol.

Item in electione [6] magistri Adriani de Mera in procuratorem, j lib. ij sol. iiij den.

Item dedi magistro Alberto Scriptoris quos exposuit in Parlamento iiij albos.

Item pro una litera in Casteleto contra textorem, quam tulit magister Lambertus Scout, ij sol. ij alb.

Item ipso die pro deputatis in *gladio ligneo*, qui deputati una erant in numero quatuordisim, j lib. viij. sol.

Item dedi janitori in Parlamento pro una litera,

1. Sc. Schout, qui inter deputatos non in *Libro proc.* nominatur (*Auct.* II, 782, 14-15).

2. Recte domus provinciae Lincopiensis. Johannes Pennesser (Pain-et-Chair) occasione muri reformandi, qui domui Lincopiensi et domui suae continuabatur, domum Lincopiensem suam, hereditate acquisitam, proclamavit (*ibid.*, 778, 23-31; 781, 40-782, 39).

3. Johannes Pain-et-Chair, d. Suessonen., praepositus eccl. ibid., et principalis coll. de Presles (*Auct.* III, 49, 11, n. 1; *Arch. Nat. M.* 185 n. 2, p. 2); sorbonicus (Franklin, *La Sorbonne*, 229); proc. nat. Gall. 1426 et 1428 (Bulaeus V, 895); cursor fac. Theol. 1431 (*Chart.* IV, no. 2393, p. 529). Incepit Sententias 1436 (*ibid.*, no. 2490, p. 592); lic. et mag. Theol. 1442 (*ibid.*, no. 2558, p. 624). Ambassiator ad regem 1442 et 1450 (*ibid.*, no. 2556, p. 622, et no. 2658, p. 691); in 1447 can. Remen. et paroch. eccl. S. Nicolai de Cardineto Paris. et in 1450 poenitentiarius eccl. Paris. (*Auct.* II, 529, n. 3); mag. regens in Theol. 1452 (*Chart.* IV, no. 2698, p. 738); obiit 1473 (Molinier, *Obituaires*, I, 758). De quo plurima : *Auct.* II, III, V, et *Chart.* IV.

4. Guillelmus de Castroforti (Châteaufort), d. Bituricen., mag. Art. 1439 (Bulaeus V, 876); 1443 inter Theologos coll. Navarrae (Launoy IV, 389); lic. Theol. 1449, mag. 1450 (*Chart.* IV, no. 2651, p. 689; *BN ms. lat. 5657 A* fol. 21 recto); rector 1449, Oct. 10 (*Auct.* II, 780, 38; sed non in nomenclatura Bulaei V); mag. regens in Theol. 1452 (*Chart.* IV, no. 2698, p. 738).

Ca. 1454 coll. Navarrae magister supremus, in disciplina collegii resarcienda studiosum se praestitit (Launoy IV, 569); obiit 1480 (Bulaeus V, 876) seu 1481 (Launoy IV, *loc. cit.*), Saepius occurrit in *Auct.* II, III, V, et *Chart.* IV.

5. Probabiliter Guillelmus Cotin, consiliarius Parlamenti 1422 (Aubert, *Hist. du Parlement*, I, 284, n. 1); praesidens camerae Inquestarum 1441 (*ibid.*, I, 389) et 1455 (*ibid.*, I, 138, n. 2).

6. 1449, Dec. 15 (*Auct.* II, 788, 32).

quam tulit in Castileto contra textorem, iiij sol.

Item dedi procuratori nostro in Parlamento ex deliberacione nacionis duos capones bonos vj sol.

Item pro portatore et magistris ad sibi presentandum propter honorem nacionis quia erat tempus prandii, iiij sol.

Item in electione [1] magistri Elie Nordt in procuratorem 13ª die mensis Januarii, in *cunabuli* exposui ij lib. iiij sol.

Item penultima Januarii, pro deputatis, in *mula*, viij sol.

Item in vigilia Purificacionis in vesperis, xvj sol. 4 den.

Item in missa pro distribucionibus, ij lib.

Item pro cereis omnibus, scilicet magistrorum et in ecclesia remanentibus, iiij lib. x sol.

Item in continuacione [2] magistri Elie de Nordt, in *platella*, ij lib. xvj sol.

Item dedi magistro Alberto de quodam reportato ex Castelleto, ij sol.

Summa presentis pagine : xxviij lib. xviij sol. viij den. paris.

(Fol. 58 recto) Sequuntur misie facte

Item dedi magistro Godefrido Calvi [3] pro cappa rectoris de 29 magistris ij lib. xviij sol.

Item pro magistro Johanne Florencii dedi tribus rectoribus precedentibus pro cappa vj sol.

Item ex parte magistri Gregorii dedi rectoribus viij. sol.

Item dedi Johanni substituto pro stipendiis suis ij lib. iiij sol.

Item dedi curato ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani pro quadam reparacione [4] facta in eadem ecclesia secundum conclusionem nacionis iiij lib. viij sol.

Item exposui in festo Beate Marie, 24ª die mensis Marcii, in missa pro distribucionibus et in vesperis ij lib. xvij sol.

Item illo die in taberna in *corona*, iij lib. vj sol.

Item exposui in electione [5] magistri Walteri de Vervea, in *cunabolo*, j lib. ij sol.

Item in continuacione [6] magistri Walteri de Vervea, in *corona*, ij lib. x sol. ij den.

Item nacio dedit magistro Henrico de Renen, j lib. ij sol.

Item dedi Boemundo de bursis levatis vj lib. xvij sol.

Item dedi Nicolao de bursis levatis iij lib. xiiij sol.

Item pro stipendiis receptoris in primo compoto, iiij lib.

Item pro procuratore, j lib.

Walterus de Wervia
pro tunc procurator
[*sign. man.*]

Summa presentis pagine : xxxvj lib. xij sol. ij den. paris.

Summa totalis misie : centum septem lib. x sol. viij den. paris.

Sequuntur recepte in ista receptoria

In primis recepi ab antiquo receptore summam xxxvj lib. xiiij sol. v den.

Item a magistro Waltero de Wervea de antiquis debitis, j lib. ij sol.

De licenciatis istius anni 49[1] recepi in primis [7]

(Fol. 58 verso) A domino Johanne Florencii de Alcmaria, dyocesis Trajectensis, cujus bursa nichil.

Item ab eodem pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

A domino Gregorio, qui incepit sub magistro Adriano de Mera, cujus bursa viij sol., ij [lib.].

Item ab eodem pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij [lib.].

1. Concordat *Liber proc.* (*ibid.*, 792, 26).

2. 1450, Feb. 10 (*ibid.*, 795, 16).

3. Gaufridus Calvi (Le Chauve), prov. Turonen., proc. nat. Franciae 1443 (*Auct.* V, 1, 15); regens in çoll. Corisopitensi seu Cornubiae (*ibid.*, n. 2; 381, 15).

1445, Dec. 16 de rectoratu cum Martino Chaboz contendit, qui dignitatem obtinuit (*Auct.* II, 634, 18; *Auct.* V, 124, 31; Bulaeus V, 533-534); rector 1449, Dec. 16 (*Auct.* II, 789, 7, ubi Dec. 15; *Auct.* V, 332, 8; Bulaeus V, 549; 921); rector altera vice 1456, Jun. 23 (*Auct.* II, 912, 11; Bulaeus V, 605; 922); lic. Theol. 1458, Feb. 13 et mag. Theol. 1460, Jan. 8 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 22 recto).

4. Sc. parvae turris et lateris eccl., pro qua 4 scuta dare nationi placuit (*Auct.* II, 787, 34-37).

5. Electus 1450 Mar. 10 (*ibid.*, 799, 15), substitutus jam Mar. 3 (*ibid.*, 797, 15).

6. 1450, Apr. 8 (*ibid.*, 805, 44).

7. Marg. inf. : « Summa presentis pagine de recepta xxxvij lib xvj sol. v den. par. » .

Sequuntur nomina baccalariorum istius anni 5o[1] [1]

Petrus Brechtelt [2], cujus bursa viij sol., ij lib.
Item pro scolis, ij lib. x sol.
Johannes Meny [3], cujus bursa 4[or] sol., j lib.
Item pro scolis, j lib. x sol.
Reymerus de Camera [4], cujus bursa 4[or] sol., ex toto solvit ij lib. x sol.
Johannes Majoris [5], cujus bursa vj sol., in toto solvit iij lib. x sol.
Theodericus Ghiisberti Delft [6], cujus bursa vj sol., solvit iij lib. x sol.
Petrus Bartholomei de Sparawolde [7], cujus bursa 4[or] sol., solvit ij lib. x sol.
Nicolaus Ysbrandi Herlem [8], cujus bursa nichil.
Item pro scolis solvit j lib.
Ido Heinrici de Scoenhovia [9], cujus bursa 4[or] sol., solvit ij lib. x sol.
Petrus Hoern [10], cujus bursa 4[or] sol., solvit ij lib. x sol.
Arnoldus Barnardi de Aemsstelredam [11], cujus bursa vj sol., solvit iij lib. x sol.
Robertus Forest de Scocia [12], dyocesis Sancti Andree, cujus bursa vj sol., j lib. x sol.
Item pro scolis ab eodem, ij lib.
Conrardus Sartoris [13], Constanciensis dyocesis, cujus bursa nichil.
Item pro scolis, j lib.
Balthasar Mesnang de Ysnina [14], Constanciensis dyocesis, cujus bursa 8 sol., ij lib.
Item ab eodem pro scolis, ij lib. x sol.
Symon Cuper [15], dyocesis Leodiensis, cujus bursa 8 sol., ij lib.
Item pro scolis ab eodem, ij lib. x sol.
Petrus de Scoeten, cujus bursa vj sol., solvit iij lib. x sol.
Petrus Izidderwalt [16], diocesis Treverensis, cujus bursa v sol., j lib. v sol.
Item pro scolis, j lib. v sol.
Petrus Heinrici Mey [17], cujus bursa 4[or] sol., solvit ij lib. x sol.
Theodericus Hoern [18], cujus bursa nichil, j lib.

Summa istius pagine : lvj lib. xv sol. paris [19].

(Fol. 59 recto) Sequuntur recepte

Johannes Lutzenburch [20], cujus bursa vj sol., solvit iij lib. x sol.
Ulricus Berken [21], cujus bursa 4[or] sol., solvit ij lib. x sol.
Winandus Bell [22], Coloniensis dyocesis, cujus bursa sex sol., solvit iij lib. x sol.
Brechtorus Wilhelmi de Miert, Trajectensis dyocesis, cujus bursa 4[or] sol., solvit ij lib. x sol.
Johannes Sculteti [23], dyocesis Spirensis, cujus bursa nichil.

1. Typis jam mandatum *Auct.* II, 795, 22-796, 45.
2. Petrus Brechtel de Nova Civitate [*Neustadt*], d. Spiren., intit. Heidelberg. 1446, bacc. Art. 1448 (Toepke, *Matr. Heidelberg*, I, 249); lic. et mag. Art. Paris. 1451 (*Auct.* II, 857, 1, 26); proc. 1451 (*ibid.*, 994); 1453 intit. mag. Art. in nat. Alem. univ. Aurelianen. (*Alb. stud. Aurel.* 2); 1458 promotus ad lic. in jure can. Heidelberg, (Toepke, *op. cit.*, II, 530).
3. Johannes Meny, lic. et mag. Art. 1454 (*Auct.* II, 904, 12).
4. Reynerus de Camera de Arnhem, in Gelria, d. Trajecten., (*ibid.*, 887, 38); lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 20; 857, 28); proc. 1452 (*ibid.*, 994).
5. Johannes Majoris, lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 28; 857, 23.
6. Theodoricus Ghisberti de Delft, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 37; 857, 50).
7. Petrus Bartholomei de Haerlem [*Haarlem*], alias de Sparawalde, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 29; 858, 11).
8. Verisimiliter d. Trajecten.
9. Ido Henrici de Schoenhovia [*Schoonhoven*] [d. Trajecten.], lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 38; 858, 1).
10. Petrus Hoern, lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 42; 858, 3).
11. Arnoldus Bernardi de Amsterdam, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 35; 857, 42); 1460, Maii 28 mag. Med. Ferrarae (Pardi, *Titoli Dottorali*, 36).
12. Robertus Forest de Scotia, lic. et mag. Art. 1451 (*Auct.* II, 856, 27; 857, 46); cler. S. Andreae in 1458; perpet. vicar. par. eccl. de Lytq, d. S. Andreae in 1465; 1476, quondam archidiaconus de Moray, mortuus refertur (Cameron, *Apost. Camera*, 49; 150; 184).
13. Conradus Sartoris de Salwandinghen, lic. Art. 1451 (*Auct.* II, 856, 44).
14. Balthasar Mesnang de Ysnina [*Ysny*], intit. Heidelberg. 1442, bacc. ibid. 1446 (Toepke, *Matr. Heidelberg*, I, 236); lic. et mag. Art, Paris. 1451 (*Auct.* II, 856, 43; 858, 5); proc. 1452 (*ibid.*, 994); 1460, Jul. 13 mag. jur. can. Ferrarae (Pardi, *Titoli Dottorali*, 38).
1465, Sept. 2, consiliarius episcopi Constant. (Rieder, *Reg. Episcop. Constant.*, IV, no. 13011 p. 335,); 1469 Jun. 30 decret. doctor, cancellarius (*ibid.*, no. 13620, p. 396.)
15. Simon Cuper de Trajecto Superiori (*Auct.* II, 854, 29); lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 40; 857, 38); proc. 1451 (*ibid.*, 993).
16. Petrus Izidderwalt (Zederwalt) de Treveri, cler. d. Treveren., intit. Coloniae 1447 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 503); 1480 major civium Treveren. (*ibid.*, annot.).
17. Petrus Henrici Mey de Alusto [*Alost*], d. Cameracen., intit. Lovanii 1446 (Reusens, *Matr. Louvain*, 217); lic. et mag. Art. Paris. 1451 (*Auct.* II, 856, 34; 858, 9).
18. Theodoricus Fopponis de Hoern, d. Trajecten., intit. Coloniae 1443 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 470); intit. Lovanii 1448 (Reusens, *Matr. Louvain*, 241); lic. et mag. Art. Paris. 1451 (*Auct.* II, 856, 39; 857, 48).
19. Marg. inf. : « 56 lib. 15 [sol.] ».
20. Johannes de Luxemburgo [d. Treveren.], lic. et mag. Ar . 1463 (*Auct.* II, 948, 10); proc. 1464 (*Auct.* II, 996).
21. Ulricus Becken, lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 22; 857, 19).
22. Winandus Bel, lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 46; 857, 44).
23. Johannes Sculteti de Dütlingen, cler. d. Spiren., intit. Heidelberg. 1446, bacc. Art. ibid. 1448, Jan. 19 (Toepke, *Matr. Heidelberg*, I, 249); lic. et mag. Art. Paris. 1451 (*Auct.* II, 856, 41; 857, 40).

Item pro scolis, j lib.

Henricus Lecbaert, dyocesis Treverensis, cujus bursa nichil.

Item pro scolis, j lib.

Wilhelmus de Dumeto [1], dyocesis Leodiensis, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Item pro scolis ab eodem, ij lib. x sol.

Johannes Camentz [2], Misnensis dyocesis, cujus bursa nichil.

Item pro scolis, j lib.

Lambertus Camp [3], cujus bursa vj sol., solvit iij lib. x sol.

Johannes Amelonc, dyocesis Trajectensis, cujus bursa 4^{or} sol., solvit ij lib. x sol.

Heinricus Zelem [4], dyocesis Trajectensis, cujus bursa vj sol., solvit iij lib. x sol.

Petrus de Gernsheym [5], cujus bursa 4^{or} sol., solvit ij lib. x sol.

Johannes Gerlaci [6], dyocesis Magontensis, cujus bursa nichil.

Item pro scolis, j lib.

Theodericus Petri de Harlem [7], cujus bursa vj sol., solvit iij lib. x sol.

Arnoldus de Delft [8], cujus bursa v sol., solvit iij lib. v sol.

Franco Leidis [9], cujus bursa vj sol., solvit iij lib. x sol.

Stanislaus Wenczlai [10], dyocesis Pragensis, cujus bursa nichil.

Item pro scolis, j lib.

Vintherus Zeucha [11], Misnensis dyocesis, cujus bursa nichil.

Item pro scolis, j lib.

Summa presentis pagine : xliiij lib. xv sol. paris.

Summa totalis recepte : centum triginta novem lib. vj sol. v den. paris.; unde excedit recepta misiam in triginta una lib. xv sol. ix den. paris.

(Fol. 59 verso) Receu par moy, frere Jehan Bou[rgois pictancie]r et cuisinier de l'eglise Saincte Geneviefve ou Mont de Paris, de [venerable] et discrette personne maistre Theman de Gouda, receveur de la nacio[n d'Alemaign]e, la somme de xxij s. vj den. par., deubz a laditte eglise pour ung an fini a[u terme sa]int Jehan dernier passé, a cause de xxij s. vj den. par. tant fons de terre [que pour la rente q]ue laditte eglise a droit de prendre par chacun an sur les escoles d'Alema[igne assis]es en la Rue du Feurre; de la quelle somme dessusditte je me tien[g content]. Tesmoing mon saing manuel cy mis le vj^{e} jour de juille[t, l'an] mil IIII^{c} cinquante.

J[EHAN] BOURGOIS
[*sign. man.*]

Item ay receu po[ur] prieur de laditte eglise la somme de xv s. par. pour ung an fini au terme saint Jehan dernier passé a cause de xv s. par. de rente que ledit prieur a droit de prendre sur lesdittes escolles et promes garantir envers ledit prieur. Fait le vj^{e} jour de juillet, l'an mil quatre cens cinquante.

J[EHAN] BOURGOIS
[*sign. man.*]

Sequuntur misie facte post primum compotum [12]

In primis in primo compoto, in *epitogio*, xvj lib. 7 sol. vj den.

Item exposui die XVIII^{a} mensis May pro deputatis propter deliberacionem nunciorum nostrorum qui detenti erant in Parlamento, iiij sol.

1. Guillelmus de Dumeto, alias de Hagen, lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 25; 857, 15).

2. Johannes Camentz, lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 857, 3, 32).

3. Lambertus Camp, lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 31; 857, 36).

4. Henricus Zelem, lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 856, 33; 857, 34); Henricus quidam Zoelem de Lottum decanus eccl. S. Johannis, Trajecti, 1489 (BROM, *Archivalia in Italië*, I, p. 627, no. 1779).

5. Forsitan Germersheim, d. Spiren.

6. Johannes quidam Gerlaci, d. Maguntinen., intit. Heidelberg. 1446, de Francfordia erat (TOEPKE, *Matr. Heidelberg*, I, 251), alter, intit. 1439, de Winckel (*ibid.*, 222).

7. Theodoricus Petri de Haerlem [*Haarlem*], d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1451 (*Auct.* II, 856, 23; 857, 21).

8. Arnoldus Laurentii de Delft, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1451 (*ibid.*, 857, 5; 858, 13).

9. Franco Guillelmi de Leydis [*Leiden*], d. Trajecten., intit. Coloniae 1430 (KEUSSEN, *Matr. Köln*, I, 331); lic. et mag. Art. Paris. 1451 (*Auct.* II, 856, 18; 857, 13); 1453 intit. Bononiae; 1454 proc. nat. Germanicae ibid.; 1456 lic. Decr. (KNOD, *Deutsche Studenten*, 634).

10. Stanislaus de Welvara, bacc. univ. Pragen. 1445, Nov. 9 (*Monumenta Historica Universitatis Carolo-Ferdinandeae Pragensis*, Pragae. 1830-1845 [abbr. *Monumenta Univ. Pragen.*], I, pt. 2, 28); lic. et mag. Art. Paris. 1451 (*Auct.* II, 857, 2, 30); 1451, Nov. 29 «..... magister artium universitatis Parisiensis, ...in gremium magistrorum universitatis nostrae [Pragensis] secundum statuta est assumtus.» (*Monumenta Univ. Pragen.*, I, pt. 2, 44); decanus fac. Art. 1455. Apr. 16, annum 34um agens (*ibid.*, 51); 1457 rector univ. Pragen. (*ibid.*, 58).

11. Guntherus de Zeucha, lic. et mag. Art. 1451 (*Auct.* II, 856, 16; 857, 11).

12. 1450, Apr. 21 (*Auct.* II, 806, 41-44).

Item in electione [1] magistri Johannis Kennedi in procuratorem, in *corona* [2], ij lib. xviij sol.

Item dedi Johanni subbedello nostro in defalcacionem sallarii sui, vj lib. xij sol.

Item 2ª die Junii in continuacione [3] magistri Johannis Kennedi, ij lib. v sol.

Item dedi magistro Alberto de quodam reportato in Parlamento, iiij sol.

Item in *corona*, 10ª Junii in principio novorum magistrorum, nacio exposuit xx sol. vj den.

Item dedi Boemondo pro bursis suis de magistrandis et licenciatis summam ix lib. xvj sol.

Item dedi Nicolao subbedello pro bursis suis iiij lib. xviij sol.

Item dedi principali Justitie [4] pro cappa rectoris ij lib. ij sol.

Item exposui in profesto Johannis in *pavone* ex consensu nacionis iiij lib. xiiij sol.

Item dedi magistro Roberto Remigi [5] rectori pro cappa ij lib. ij sol.

Summa presentis pagine : quinquaginta tres libre, 3[8] solidi [6].

(Fol. 60 recto) Item dedi illis de Sancta Genovefa, ut patet in quitanciis datis per collectorem reddituum, j lib. xvij sol. vj den.

Item in profesto Nostre Domine in vesperis, xiiij sol. viij den.

Item in missa Nostre Domine, j lib. xij sol.

Item exposui in electione [7] magistri Jasperi Smit in procuratorem, in *pavone*, ij lib. xj sol. iiij den.

Item exposui in profesto Nativitatis Marie in vesperis xiij sol.

Item in missa ejusdem, j lib. xiiij sol.

Item pro sallario receptoris, iiij lib.

Item [8] pro procuratore nostro, j lib.

Item summa presentis pagine : xiiij lib. ij sol. vj den.

Summa totalis misie : sexaginta septem lib. quinque sol. vj den.

Fol. 60 verso) Sequuntur nomina licenciatorum istius anni scilicet [14]50[1] [9]

Dominus Burchardus Helchner, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Dominus David de Abricumbi, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Dominus Johannes Velsen, cujus bursa sex sol., j lib. x sol.

Dominus Ludolphus Swanenken, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Dominus Theodericus Kistemaker, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Adrianus Scriptoris, cujus bursa nichil, o.

Dominus Andreas Monachi, dyocesis Aboensis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Dominus Laurencius Leidis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Dominus Gwalterus Spaldin, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Dominus Johannes Kello, cujus bursa nichil, o.

Godefridus Heymeric, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Wernherus Suisinger, dyocesis Basiliensis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Arwidus Jacobi, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Dominus Johannes Woghel de Kers, Treverensis dyocesis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Dominus Johannes Bovis, cujus bursa o.

Andreas Hagen, cujus bursa sex sol., j lib. x sol.

Mauricius Wilhelmi, cujus bursa sex sol., jlib. x sol.

Alexander Mac Alexandri, cujus bursa o.

Dominus Rodulphus Baelgevoet, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Dominus Nicolaus Harlem, cujus bursa nichil, o.

Dominus Johannes de Wessanen, cujus bursa 4 sol., j lib.

Dominus Judocus Bons, Constanciensis dyocesis, cujus bursa o.

Temanus de Gouda
[*sign. man.*]

1. 1450, Maii 5 (*ibid.*, 807, 24).
2. Haec taberna occurrit primo 1448 (vide *supra*, 167, 43).
3. Secundum *Libr. proc.* 1450, Jun. 5 (*ibid.*, 812, 9).
4. Sc. Gerardus Thome, nat. Norm., qui primo 1435, Mar. 26 ut mag. Art. (*Chart.* IV, no. 2458, p. 565) occurrit; primum cursum Theol. incepit 1435, Maii 20 (*BN ms. lat. 5494*, p. 167); lic. Theol. 1449, Dec. 15 et mag. 1450, Jun. 25 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 21 recto). Ambassiator ad concilium eccl. Gall. Rotomagen. 1450, Jan. 3 (*Auct.* II, 791, 13; 798, 13); lis de electione rectoris inter nationes, Alberto Scriptoris et Gerardo faventes, 1450, Mar. 24 orta, in favorem Alberti Mar. 31 composita est (*ibid.*, 802-803, 805; *Auct.* V, 349-351, 352-355; Bulaeus V, 552, 921).
5. Robertus Remigii, Norm., mag. Art., rector 1450, Jun. 25 (*Auct.* II, 812, 32; Bulaeus V, 921); lector *Ethicae* 1450, Sept. 7 (*Auct.* II, 817, 19; *Auct.* V, 372, 8, ubi Sept. 9); rector altera vice 1460, Mar. 24 (*Auct.* II, 930, 17; Bulaeus V, 635; 922).
6. Marg. inf. : « 53 lib. 3 sol. ».
7. 1450, Aug. 26 (*Auct.* II, 816, 34).
8. Marg. sinist. : « Summa : 14 lib. 2 sol. 6 den. ».
9. Typis jam mandatum *Auct.* II, 812, 37-814, 26.

Summa istius : xxv lib. x sol.
Summa : xxv lib. x sol.

(Fol. 61 recto) Sequuntur nomina incipiencium istius anni .L[1].

Dominus Burchardus Helchner, cujus bursa 8 sol., solvit in toto pro bursis, pro jocundo adventu et capta [*sic*] rectoris, iiij lib.

Dominus David de Abricumbi, cujus bursa 8 sol., iiij lib.

Dominus Johannes Velsen, cujus bursa sex sol., solvit iij lib. x sol.

Dominus Ludolphus Swanenken, cujus bursa 8 sol., iiij lib.

Dominus Theodericus Kistemaker, cujus bursa 8 sol., iiij lib.

Dominus Johannes de Wessanen, cujus bursa 4 sol., iij lib.

Dominus Andreas [Monachi], cujus bursa 4 sol., iij lib.

Gwalterus Spaldini, cujus bursa 8 sol., iiij lib.

Dominus Judocus Bons, cujus bursa o.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Adrianus Scriptoris, cujus bursa nichil, o.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Johannes Kello, cujus bursa nichil, o.

Item pro jocundo adventu et cappa [rectoris], ij lib.

Dominus Laurencius Leidis. cujus bursa 4 sol., iij lib.

Dominus Godefridus Heimerick, cujus bursa 8 sol., iiij lib.

Werenherus Sussinghen, cujus bursa 4 sol., iij lib.

Dominus Johannes Woghel, cujus bursa 4 sol., iij lib.

Dominus Johannes Bovis, cujus bursa nichil, o.

Item pro jocundo adventu et cappa [rectoris], ij lib.

Dominus Nicolaus Harlem, cujus bursa nichil, o.

Item pro jocundo adventu et cappa [rectoris], ij lib.

Dominus Mauricius Gwilhelmi, cujus bursa sex sol., iij lib. x sol.

Dominus Andreas Hagen, cujus bursa sex sol., iij lib. x sol.

Dominus Alexander Mac Alexandri, cujus bursa nichil, o.

Item pro jocundo adventu et cappa [rectoris] ij lib.

Dominus Rodulphus Baliwoet, cujus bursa 8 sol., iiij lib.

Summa istius : lxv lib. x sol.
Summa : sexaginta quinque lib. x sol.

Unde summa totalis recepte : centum xxij lib. xv sol., ix den.; unde, comparatis misiis recepte, excedit recepta misiam in quinquaginta quinque lib. x sol., iij den.

[1450, SEPT. 21—1451, AUG. 11 Receptoria magistri Galteri de Wervia, d. Trajectensis]

(Fol. 61 verso) **De Wervia.**

De Wervia

Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, ipso die sancti Mathei apostoli [1], congregata fuit natio Almanorum ad eligendum novum receptorem vel continuandum antiquum et super aliis punctis. Quantum ad primum, concluditur nemine reclamante, electus fuit venerabilis vir magister Walterus de Wervia, Trajectensis diocesis, in receptorem prefate nationis. Fecit misias et receptas que sequuntur.

Sequuntur misie facte in ista receptoria

Primo, ipso die Mathei apostoli quo electus fuit receptor prefatus exposuit in *ymagine sancti Ludovici* septem. lib. 4 sol. paris.

In continuatione [2] magistri Jasperi Smit, in *cuna*, xx sol.

Item pro deputatis nacionis super mittendo literam recommendatoriam summo pontifici cum magistro Everardo Custodis, in prandio in *sancto Ludovico*, ij lib. iiij sol.

Item pro eisdem in cena pluribus magistris ibidem existentibus, xij sol.

Item pro magistris congregatis ad aperiendum archam nacionis ad sigillandum literam mittendam cum magistro Everardo, in *mula* exposui x sol.

Item quia pluribus magistris visum fuit quod litera non erat debite scripta set magis scribenda esset litera ytalica; imo rescripta fuit papiro et literis ytalicis; imo magistris aperientibus archam et pro rescribente literam qui erat ytalicus, xvj sol.

1. Sept. 22 secundum *Libr. proc.* (*Auct.* II, 818, 14).

2. 1450, Sept. 24 (*ibid.*, 818, 40).

Item iuxta conclusionem nationis tradidi magistro Everardo Custodi, nato de Harlem, profecturo ad curiam Romanam [1], xxij lib.

Item in electione [2] magistri Egidii Morsels in procuratorem, in *sancto Ludovico*, xvj sol.

Item pro denariis plumbeis [3] quibus fiunt distributiones, x sol.

Item pro aliis quia primi non sufficiebant, iiij sol.

Item in festo Undecim Milium Virginum pro deputatis nacionis, scilicet procuratore, magistro Jacobo de Gauda, de Palacio et aliis sollicitantibus procuratorem nostrum in Parlamento ut fideliter ageret in causa nacionis nostre, xiiij sol.

Summa istius pagine : xxxvj lib. x sol.

(Fol. 62 recto) Item in festo Eadmundi in prandio nacionis [4], xiij lib.

Item in vesperis et missa exposui, simul computatis aliquot solidis expositis pro denariis in oblacione magistrorum et procuratorum quando primo incipiebamus facere decantari missas in ecclesia Sanctorum Cosme et Damiani, j lib.

Item 2ª die post Eadmundi, vocatis procuratore senioribusque magistris, exposui in *stufis* j lib. ij sol.

Item pro deauracione ymaginis [5] sancti Eadmundi stantis in choro ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani, iiij lib. viij sol.

Item in festo Katherine in vesperis et missa, x sol.

Item in festo Nicholai in vesperis et missa, viij sol. iiij den.

Item in continuacione [6] magistri Egidii, in *cuna*, xiiij sol.

Item in festo Concepcionis in vesperis et missa, viij sol. vj den.

Item dedi Johanni substituto pro sallario suo dimidii anni vj lib. xij sol.

Item emi pro nacione libram ad ponderandum coronas precio, iij sol.

Item pro denariis ad computandum, ij sol.

Item pro duobus capponibus pinguibus juxta conclusionem nacionis magistro Petro Maugier propinatis, vj sol.

Item pro clerico ejus, iiij alb.

Item pro portatore et duobus magistris qui associaverunt me ad honeste presentandum ei ex parte nacionis, ij sol.

Item in festo sancti Andree in ecclesia Sanctorum Cosme et Damiani, vj sol.

Item in electione [7] magistri Petri Nortwich in procuratorem, xij sol.

Item in festo Purificacionis in missa et vesperis, ix sol.

Item in eodem festo pro cereis remanentibus in ecclesia et magistrorum simul, iiij lib. viij sol.

Item in continuacione [8] magistri Petri Nortwich, in *cuna*, vj sol.

Item solvi magistro Victori Textoris [9], rectori pro tunc Universitatis Parisiensis, pro cappa, ij lib. ij sol.

Item in electione [10] Johannis Petri de Malmogia in procuratorem, in *sancto Ludovico*, v sol.

Item solvi Nicolao subpedello defuncto de bursis baccalariorum [11] j lib. xvj sol.

Item in obsequiis ejusdem celebratis [12] a nacione in oblacione et missis et cereis, xviij sol.

Item exequiis celebratis fecit nacio prandium in *sancto Ludovico*, pro quo exposui j lib. xiij sol.

Item solvi magistro Nicholao Fraterni [13], rectori pro tunc Universitatis, pro cappa ij lib. ij sol.

1. Everardo, Romam ituro et magistris se totis viribus pro natione laboraturum si sibi pecuniam darent promittenti, natio 22 lib. [20 scuta] contulit (*ibid.*, 817, 36-45).

2. 1450, Oct. 21 (*ibid.*, 821, 25).

3. Hi denarii plumbei, hinc saepe usui adhibiti, nummi non fuerunt sed signa nummorum locum tenentia, pro quibus receptori traditis vera pecunia dabatur; ut denarii plumbei distribuerentur auctor fuit Jacobus de Gouda (cf. *ibid.*, 821-822).

4. In *cunabulo* prope eccl. SS. Cosmae et Damiani (*Auct.* II, 831, 2).

5. 1450, Nov. 24 (*ibid.*, 831, 40), pro qua deauratione pictor Oct. 24 « satis multum petiit » (*ibid.*, 824, 7).

6. Sc. Egidius Morsels, 1450, Nov. 18 (*ibid.*, 830, 33).

7. 1450, Dec. 16 apud Sanctum Julianum (*ibid.*, 835, 41).

8. 1451, Jan. 13 apud Sanctum Maturinum (*ibid.*, 839, 41).

9. Victor Textoris, alias de Ceriseis, d. Trecen., mag. Art. (*Auct.* V, 380, 6); consanguineus Johannis Ravisii Textoris (Launoy IV, 593); 1443 submagister grammaticorum in coll. Navarrae (*ibid.*, 389); proc. nat. Franciae 1445, Jan 12 (*Auct.* V, 67, 34); bacc. Theol. 1450 (*ibid.*, 380, 6); rector 1450, Oct. 10 (*ibid.*, loc.cit.; *Auct.* II, 820, 29, ubi Oct. 8; Bulaeus V, 921); rector altera vice 1453, ca. Jun. 23 (vide *infra*, 238, 25. n. 2); can. Lingonen. 1454 (*Auct.* V, 578, 41).

10. 1451, Feb. 10 (*Auct.* II, 846, 28).

11. Receptor pro inhumatione pecuniam tradidit quam natio Nicholao de bursis baccalariandorum hoc anno 1451 sublevatis adhuc debebat (*ibid.*, 846, 39-43).

12. 1451, Feb. 18 in eccl. nationis SS. Cosmae et Damiani (*ibid.*, 847, 13).

13. Nicolaus Fraterni, Pic., d. Cameracen., mag. Art. (*Auct.* IV, 2, 1), de coll. Marcii [de la Marche] (*Auct.* II, 836, 23); rector 1450, Dec. 16 (*ibid.*, loc. cit.; *Auct.* V, 390, 6, ubi Nov. 18; Bulaeus V, 554; 921).

De rancore nationis Franciae erga Nicolaum legitur : « Universitatem visceraliter lesit in suis privilegiis et supposita commovit unum contra alterum ad insaniam » (*Auct.* V, 442, 13-17; cf. 417, 30-33; Bulaeus V, 555); ab anno 1476 usque ad annum 1484 Feb. 4 congregationibus nat. Picardiae inter magistros praesentes semper aderat, atque temptator baccalariandorum pro provincia Cameracensi (*Auct.* IV, 40, 18).

Item solvi Laurencio Fabro pro factione sere nostre in archa Universitatis xxiiij sol.

Summa istius marginis : xliiij lib. xviij sol. et ij den.

(Fol. 62 verso) Walterus de Wervia, natus de Ruswick in Gelria

Item pro servitoribus suis pro vino, iiij alb.
Item pro cambio octo coronarum, que non erant boni ponderis, quas recepi a nacione, iiij sol.
Item dedi procuratori in Parlamento, sexta februarii, presentibus magistro Jacobo et de Palacio j lib. ij sol.
Item pro deputatis qui iverunt ad Parlamentum, in cena in *sancto Ludovico*, xj sol.
Item in continuacione [1] magistri Johannis Petri, in *cuna*, ij lib.
Item solvi Bomondo de bursis baccalariorum hujus anni vij lib. iiij sol.
Item solvi Johanni subpedello de bursis eorundem j lib. xvj sol.
Item in festo Annunciacionis in missa et vesperis, viij sol.

Summa istius pagine : xiij libre, vj sol. iiij den.

Sequuntur misie pro refusione denariorum plumbeorum

Item pro magistro Temanno de Gauda, vj sol.
Item pro magistro Johanni de Alcmaria, xij sol. iiij den.
Item pro magistro Laurencio, vj sol.
Item pro magistro Godefrido Heymerick, xxij sol.
Item pro magistro Wesselo Tencate, xvj sol. ij den.
Item pro magistro Rodulpho Balivoet, viij sol.
Item pro Boemundo, j lib. xij sol. iiij den.
Item pro magistro Johanne Petri, j lib. ij sol.
Item pro magistro Arnoldo Foutkini, xviij sol.
Item pro magistro David Cranoch, j lib.
Item pro magistro Petro Nortwich, j lib. j sol. ij alb.
Item pro magistro Jaspere Smit, viij sol. j alb.
Item pro magistro Egidio Morsel, j lib. ij sol.
Item pro Johanne subpedello, x sol.
Item pro magistro Theodrico Mertini, xviij sol.
Item pro magistro Wernero, iij sol.
Item pro capellano Sanctorum Cosme et Damiani, xv sol.
Item pro magistro Volpardo [2], j lib. ij sol. iiij den.
Item pro magistro Jacobo Gray pro plumbo, xiiij sol.
Item pro magistro Jacobo de Gauda, xvj sol.

Summa istius : xv libras, xiij sol. ij den.

(Fol. 63 recto) de Wervia

Item pro magistro Johanne de Palacio, viij sol.
Item pro magistro Alberto, ij alb.
Item pro magistro Adam Scap, viij sol.
Item pro magistro Waltero Scoto, ix sol. iiij den.
Item pro magistro Alexandro Mac Alexandri, viij sol.
Item custodi ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani, xij sol. vj den.
Item Nicholao subpedello, vij sol.
Item pro magistro Andrea Monachi, j lib. vj sol.
Item pro magistro Johanne Kennedi, viij sol.
Item pro magistro Roberto de Poele, j sol.
Item pro magistro Gregorio, ij sol.
Item pro magistro Waltero de Wervia receptore, xxxiiij sol.
Item dedi domino curato Sanctorum Cosme et Damiani xvj sol.
Item pro sallario receptoris, iiij lib.
Item dedi pro magistro Adriano de Mera iiij sol.
Item dedit [*sic*] procuratori j libram.

Summa istius : xij lib. iiij sol. vj den.
Summa summarum totalis misie : centum xxij libre, xij sol. ij den.

(Fol. 63 verso) Walterus de [*Wervia*]. *Sequuntur recepte*

Item primo ego Walterus de Wervia, receptor, recepi a magistro Temanno, antiquo receptore, xxxvij lib. xij sol. iiij den.
Item recepi a nacione ex archa ejusdem nacionis, xxxvij lib. x sol.

1. 1451, sicut patet infra, ante festum Annuntiationis. Relatio ejus procurationis e *Libro proc.* antiquitus extracta est (*Auct.* II, 849, 34-38).
2. Sc. de Amerongen.

Sequuntur nomina baccalariorum istius anni 5o [1]

Dominus Johannes Hoens [2], Leodiensis diocesis, cujus bursa vj sol., j lib. x sol.

Item pro scolis, ij lib.

Dominus Conrardus Petri [3], Leodiensis diocesis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Ricardus de Dunsen [4], Coloniensis dyocesis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Jacobus Moniouwen, Leodiensis diocesis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Petrus Hasen [5], Trajectensis dyocesis, cujus bursa vj sol., j lib. x sol.

Item pro scolis, ij lib.

Dominus Gerardus Biirwiis [6], Trajectensis dyocesis, cujus bursa viij sol., ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol.

Dominus Henricus Birwiis, Trajectensis diocesis, cujus bursa viij [sol.], ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol [7].

Dominus Bernardus Terspint [8], Monasteriensis dyocesis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Stephanus Cubler, Basiliensis dyocesis, cujus bursa nichil, nichil.

Item pro scolis, j lib.

Dominus Henricus Leonardi [9], Basiliensis dyocesis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Victorinus Symonis Milewsky [10], Pragensis dyocesis, cujus bursa iiij^{or} sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Summa istius : lxxxxv lib. xij sol. iiij den.

(Fol. 64 recto) Wervia

Dominus Jacobus Manen, Trajectensis diocesis, cujus bursa vj sol., j lib. x sol.

Item pro scolis, ij lib.

Dominus Henricus Frees [11], Aboensis diocesis, cujus bursa viij sol., ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol.

Dominus Andreas Mathei [12], Albordonensis diocesis, cujus bursa nichil.

Item pro scolis, j lib.

Dominus Johannes Blaber [13], Albordonensis diocesis, cujus bursa iiij sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Paulus Hautmart [14], Leodiensis dyocesis, cujus bursa iiij sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Johannes Creton [15], diocesis Sancti Andree, cujus bursa viij sol., ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol.

Dominus Alexander Moravie [16], dyocesis Glasguensis, cujus bursa viij [sol.], ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol.

Dominus Alexander Adhoch, dyocesis Sancti Andree, cujus bursa vj sol., j lib. x sol.

1. Typis jam mandatum *Auct.* II, 849, 40-852, 10.

2. Johannes Hoens, lic. et mag. Art. 1452 (*ibid.*, 890, 30; 891, 8).

3. Conradus Petri, lic. et mag. Art. 1452 (*ibid.*, 890, 37; 891, 12); proc. 1453 (*ibid.*, 994).

4. Ricardus de Dunsen, lic. et mag. Art. 1452 (*ibid.*, 890, 28; 891, 10).

5. Petrus Hasen, lic. et mag. Art. 1456 (*Auct.* II, 912, 37; vide *infra*, 279, 11).

6. Gerardus Biirwiis, lic. Art. 1452 (*Auct.* II, 890, 24).

7. Marg. sinist. : « Nota quod nomina istorum deleta sunt quia non erant baccalarii Universitatis Parisiensis, set in alio folio [sc. 64 verso] scripta sunt nomina eorum cum aliis receptis ». Deleta sunt fol. 63, verso, l. 27-28 : « Dominus Petrus Stenback, Basiliensis dyocesis, cujus bursa nichil; item pro scolis j lib. », in marg. : « Nota receptus est »; l. 29-30 : « Dominus Johannes Lys, Arbipolensis dyocesis, cujus bursa nichil, item pro scolis j lib. », in marg. : « receptus est »; fol. 64 recto, l. 13-14 : « Dominus Petrus Rinck, Coloniensis dyocesis, cujus bursa viij, [solvit] ij lib.; item pro scolis ij lib. x sol. ».

8. Bernardus Terspint (Ter Spint), lic. et mag. Art. 1452 (*Auct.* II, 890, 26; 891, 7).

9. Quem Claudin (*Liste chronologique des imprimeurs parisiens du quinzième siècle*, Paris, 1901 [abbr. Claudin, *Liste des imprimeurs*], 6, n. 2) putat eundem esse ac correctorem Leonardi in aedibus Sorbonae 1470-1472.

10. Victorinus Simonis Milewsky de Toenna, lic. et mag. Art. 1452 (*Auct.* II, 890, 42; 891, 15); receptor 1454 (*ibid.*, 998); proc. 1456 (*ibid.*, 994).

11. Henricus Frese, lic. et mag. Art. 1452 (*Auct.* II, 890, 31; 891, 9); proc. 1452 (*ibid.*, 994); intit. Coloniae 1454, Jul. 17 ad canones (Keussen, *Matr. Köln*, I, 575); can. Aboensis 1457 et praepositus 1460, eodem anno capellanus Christiani I, Daciae et Sweciae regis. Obiit 1465/66 (*ibid.*, annot.). Henricus quidam Vrese intit. Rostock 1436, Apr. 12 (Hofmeister, *Matr. Rostock*, I. 53).

12. Andreas Mathei, d. Aberdonen., lic. et mag. Art. 1452 (*Auct.* II, 890, 46; 891, 21).

13. Johannes Blaber, d. Aberdonen., lic. et mag. Art. 1452 (*ibid.*, 890, 36; 891, 18). Forsitan idem ac Johannes Blaker de Scotia, d. Aberdonen., intit. Lovanii 1449 (Reusens, *Matr. Louvain*, 166).

14. Paulus Houtmart, lic. et mag. Art. 1452 (*Auct.* II, 890, 39 891, 14).

15. Johannes Creton [Crichton], lic. et mag. Art. 1452 (*ibid.*, 890. 23; 891, 4); inter legatos ad regem 1464, Mar. 8 (Spirgatis, *Personalverzeichniss*, 5; 46).

16. Alexander Murray, minor, lic. et mag. Art. 1452 (*Auct.* II, 890, 29; 891, 6).

Item pro scolis, ij lib.

Dominus Nicholaus Sack [1], Maguntinensis dyocesis, cujus bursa iiij sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Johannes Theodrici de Hagis, Trajectensis dyocesis, cujus bursa iiiij sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Johannes Lyon [2], dyocesis Sancti Andree, cujus bursa viij sol., ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol.

Dominus Johannes Eduartsoen [3], dyocesis Sancti Andree, cujus bursa vj sol., j lib. x sol.

Item pro scolis, ij lib.

Dominus Hugo Smier [4], Trajectensis dyocesis, cujus bursa nichil, nichil.

Item pro scolis, j lib.

Summa istius : xl lib. x sol.

(Fol. 64 verso) de Wervia

Dominus Mathias de Rupe [5], Treverensis diocesis, cujus bursa vj sol., j lib. x sol.

Item pro scolis, ij lib.

Dominus Johannes de Hyli [6], diocesis Sancti Andree, cujus bursa nichil.

Item pro scolis, j lib.

Dominus Fredericus Nacht, Treverensis dyocesis, cujus bursa 4 sol., j lib.

Item pro scolis, j lib. x sol.

Dominus Philippus Ruychrock, Trajectensis dyocesis, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol.

Summa istius : xj lib. x sol.

Item dominus Johannes Wijt [7] solvit bursam 8 sol. paris., ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol.

W[alterus] de Wervia.
[*sign. man.*]

Sequuntur nomina bachalariorum aliarum universitatum a nacione receptorum

Dominus Daniel Sangherend [8], Augustensis dyocesis, cujus bursa viij sol., ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol.

Item Dominus Petrus Steinbach [9], Basiliensis dyocesis, cujus bursa iiij sol., xx sol.

Item pro scolis, xxx sol.

Dominus Johannes Lijs [10], Arbipolensis dyocesis, cujus bursa, nichil.

Item pro scolis, j lib.

Dominus Petrus Rinck [11], Coloniensis dyocesis, cujus bursa viij sol., ij lib.

Item pro scolis, ij lib. x sol.

Dominus Guilhelmus Ogelby [12], dyocesis Sancti Andree, cujus bursa viij sol., ij lib.

1. Nicolaus Sack, lic. et mag. Art. 1452 (*ibid.*, 890, 40; 891, 20)

2. Johannes Leonis, lic. et mag. Art. 1453 (*Auct.* II, 899, 41; vide *infra*, 235, 1); proc. 1454 (*Auct.* II, 994).

3. Johannes Eduardi, lic. et mag. Art. 1452 (*ibid.*, 890, 34; 891, 19). Johannes quidam Edwardson clericus d. S. Andreae annis 1471 et 1481 refertur (Cameron, *Apost. Camera*, 354).

4. Probabiliter idem ac Hugo Petri, cujus bursa etiam nihil, lic. et mag. Art. 1453 (*Auct.* II, 900, 15). Hugo quidam Petri de Brelis, d. Trajecten., intit. Coloniae Oct. 1450 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 534).

5. Matthias de Rupe, lic. et mag. Art. 1452 (*Auct.* II, 890, 43; 891, 17).

6. Johannes de Lyle [Lyell], lic. Art. 1452 (vide *infra*, 222, 28), mag. 1453 (*Auct.* II, 900, n. 3); bacc. Med. 1454 et scolaris in fac. Med. usque ad 1456 (*Com. Fac. Méd.* 201; 205; 208; cf. Wickersheimer, *Dict. biogr. méd. France*, 439); receptor 1459 (*Auct.* II, 998). Johannes quidam Lyle rector defunctus eccl. parroch. Fortanior d. S. Andrea 1483 refertur (Cameron, *Apost. Camera*, 208).

7. Johannes Wit, lic., Art. 1452 (*Auct.* II, 890, 44). Johannes quidam de Witte, in decr. lic., can. S. Petri Trajecten., consularis episcopi Davidi 1483, Oct. 1 refertur (Enklaar, *Bisschop David van Bourgondië*, 175).

8. Daniel Zanckared (Zanggenried) de Memmingen, intit. Heidelberg. 1443, bacc. Art. ibid., 1446 (Toepke, *Matr. Heidelberg*, I, 239); lic. et mag. Art. Paris. 1452 (*Auct.* II, 890, 38; 891, 13).

9. Petrus Steinbach de Vallemasonis, alias de Masmünster [*Massevaux*], intit. Heidelberg. 1447, Jun; bacc. Art. ibid. 1449, Jul. 28 (Toepke, *Matr. Heidelberg*, I, 253); lic. et mag. Art. Paris. 1452 (*Auct.* II, 890, 45; 891, 16); receptor 1455 (*ibid.*, 998); proc. 1456 (*ibid.*, 994).

10. Johannes Lyse de Schmalkalden, cler. Maguntinen., d. Herbipolen., intit. Heidelberg, 1444, bacc. Art. ibid. 1447, Jul. 19 (Toepke, *Matr. Heidelberg*, I, 241); lic. et mag. Art. Paris. 1452 (*Auct.* II, 890, 32; 891, 11).

11. Petrus Rinck de Colonia [*Köln*], intit. Erfordiae 1444 (Weissenborn, *Acten Erfurt*, I, 202); lic. et mag. Art. Paris. 1452 (*Auct.* II, 890, 27; 891, 6); 1452, Nov. 23 intit. Coloniae in jure civ.; 1459 ibid. receptus ad fac. jur. ut doctor utr. jur. Papiensis; 1484/85 rector univ. Coloniae; obiit 1501 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 556 et annot.).

12. Guillelmus Ogelby [bacc univ. S. Andreae secundum *Auct.* II, 852, n. 4; sed non invenitur in Anderson, *Early Records*], lic. et mag. Art. Paris. 1452 (*Auct.* II, 858, 16, erronee typis mandatus e nostro *libro* in elencho licentiatorum anni 1451; (vide *infra*, 216, 16); rector 1455, Dec. 16 (*Auct.* II, 909, 38; *Auct.* V, 698, 24, n. 1; sed non in nomenclatura Bulaei V. Guillelmus quidam Ogilbi decanus Rossensis 1457, can. et praebend. de Logi in eccl. Rossen. 1459 et 1471 (Cameron, *Apost. Camera*, 274; 138; 168).

Item pro scolis, ij lib. x sol.

Dominus Johannes Ruch [1], dyocesis Sancti Andree, cujus bursa, nichil.

Item pro scolis, j lib.

Summa : xvj lib. x sol.

Summa totalis recepte : clxiiij lib. ij sol. iiij den.

(Fol. 65 recto) de Wervia

Facto compoto [2] receptoris et comparacione facta misie ad receptam, recepta excedit misiam in quadraginta una libris, x sol. ij den. paris., in qua summa dominus receptor manet debitor nacioni. Ita est. Johannes Petri de Malmoya, pro tunc procurator.

Jo[HANNES] PETRI [*sign. man.*]

EGIDIUS MORSELS [*sign. man.*]

Sequuntur misie facte post primum compotum

Item ipso die computacionis exposui in *ymagine sancti Ludovici*, pro prandio nacionis, x lib.

Item in electione [3] magistri Jacobi Gray, in *cuna*, in procuratorem exposuit nacio ij francos.

Item in continuacione [4] magistri Jacobi, in *mula*, xj sol.

Item pro 4 ulnis panni pro epitogio et capucio nacionis exposui ix lib. xij sol.

Item pro deputatis qui iverunt mecum ad emendum et pro illo qui eum foderavit, j lib. ij sol. par.

Item pro epitogii factura, j lib. x sol. par.

Item pro foderatura epitogio imposita, j lib. ij sol. par.

Item pro pellipario et magistris nacionis qui iverunt mecum ad emendum, viij sol.

Item pro procuratore et aliis deputatis [5] qui plures labores habuerunt ad recipiendum caucionem et presentandum nacioni ipsius receptoris pluribus vicibus, xj sol.

Item pro caucione et notariis Chasteleti, vj sol. par.

Pro eo qui foderavit epitogium solvi xiiij sol.

Item XXV Maii ex conclusione nacionis exposui in *cuna* quibusdam magistris novellis, pro jocundo ad nacionem accessu solventibus, procuratore et quasi omnibus de nacione presentibus, j lib. et xij sol.

Item in electione [6] magistri Symonis Cuper in procuratorem, in *cuna* exposuit nacio xj sol.

Item pro stipendiis Boemundi, xj lib. x sol.

Item pro Johanne, vj lib. et xiij sol.

Item solvi pro domino rectore [7], pro magistro videlicet Jacobo de Gauda, pro cappa, scilicet pro 26 magistris, ij lib. xij sol.

Item solvi domino rectori, scilicet Thome Trocelli [8], pro cappa, ij lib. xij sol.

Summa istius pagine : lij lib. xviij sol.

(Fol. 65 verso) de Wervia

Receu par moy, frere Jehan Bourgois, pictancier et cuisinier de l'église Saincte Geneviefve ou Mont de Paris, de venerable et discrecte personne maistre Gaultier de Wervia, recepveur de la nacion d'Alemaingne, la somme de xxij s. vj den. paris. deubz a laditte eglise pour ung an fini au terme saint Jehan dernier passé, a cause de xxij s. vj den. paris. tant fons de terre que rente que laditte eglise a droit de prendre sur les escoles de laditte nacion, assises en la rue du Feurre. Item receu quinze solz paris. pour ledit an pour et ou nom du prieur de laditte eglise. Lesquelles sommes font la somme de xxxvij s. vj den. dont je me tieng content et aussi de tout le temps passé. Tesmoing mon saing manuel cy mis le ij^{d} jour de juillet, l'an mil IIII^{c} cinquante et ung.

J[EHAN] BOURGOIS. [*sign. man.*]

1. Johannes Ruch [bacc. univ. S. Andreae secundum *Auct.* II, 852, n. 5, sed non invenitur in ANDERSON, *Early Records*], lic. et mag. Art. 1451 (*Auct.* II, 857, 4; 858, 7). Johannes quidam Ruch can. S. Andreae et praebend. de Renfrow in eccl. Glasguen. 1475 (CAMERON, *Apost. Camera*, 179), 1476 perp. vicarius de Cupar, d. S. Andreae (*ibid.*, 185).

2. 1451, Apr. 6 (*Auct.* II, 849, 23).

3. 1451, Apr. 7 (*ibid.*, 852, 25).

4. 1451, Maii 4 (*ibid.*, 853, 22).

5. Ad fidejussorem Gualteri de Vervia, receptoris, recipiendum 1451, Maii 10 deputati sunt Jacobus Gray, procurator, Johannes de Palatio, Themannus de Gouda, et Petrus de Nortwich (*ibid.*, 853, 37-40).

6. 1451, Jun. 2 (*ibid.*, 854, 29).

7. Jacobus Nicolai de Gouda, rector 1451, Mar. 24 (*Auct.* V 417, 16; BULAEUS V, 557, sed in nomenclatura 921 « Petrus de Gonda »).

8. Thomas Trocelli (Trousselli, Troussel), parrochiae Omnium Sanctorum prope Fiscampum oriundus, d. Rotomagen., penitentiarius et can. Paris. (FRANKLIN, *La Sorbonne*, 91); prior 1449 (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 34 recto); rector 1451, Jun. 23 (*Auct.* II, 856, 2; *Auct.* V, 442, 6; BULAEUS V, 558; 921 ubi « Rousselli » appellatur); lic. Theol. 1452, Jan. 4 et mag. Mar. 23 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 21 verso); mag. regens in fac. Theol. 1452, Sept. (*Chart.* IV, no. 2698, p. 738).

Obiit 1481, Feb. (MOLINIER, *Obituaires* I, 738, 740, 844); sexaginta scuta, libros autem « Summam Astexani », « Summam Bartholomei de Casibus » et « duo volumina epistolarum de Turre » [*BN ms. lat.* 15379, 15380, 15925, 15967, 15968] pro fundatione obitus donavit (MOLINIER, *op. cit.*, 740; DELISLE, *Cabinet des manuscrits*, II, 177).

Item 2ª die post festum sancti Jacobi [1] facta fuit congregacio apud Sanctum Maturinum super duobus articulis. Primus erat ad intimandum receptori, scilicet magistro Waltero de Wervia, nato de Ruswic in partibus ducatus Gelrie, ut prepareret se ad reddendum compotum nacioni, viso quod plures essent recessuri et continue recederent propter pestilenciam quam timebant regnaturam et cetera, et facta congregacione, iverunt ad bibendum simul in *scuto argenteo*, et ibi exposuit nacio vj sol.

Summa istius : ij libre, iij sol. vj den.

GALTERUS] DE WERVIA [sign. man.]

[GALTERUS] DE WERVIA [sign. man.]

Post compotum factum 2ª die Augusti anni 1451 Sequuntur misie facte post 2m compotum per magistrum Walterum de Wervia in Artibus magistrum et in Theologia baccalarium

Item solvi magistro Simoni Cuper, procuratori nostre nacionis, pro tunc computacione facta, j lib. paris.

Item nacio exposuit in [*sancto Ludovico*] [2] prandio, computacione facta, ij lib.

Item solvi Boemondo de bursis Johannis Wit viij sol.

Item Johanni subbedello de eisdem bursis ejusdem, iiij sal.

Item 2ª die Augusti nacio gratuite donavit Bomondo unum scutum [3], quod ego ei solvi, j lib. ij sol.

Item solvi Johanni Loeb, subpedello, dimidium scutum, sibi collatum a nacione [4], xj sol.

Item pro sallario domini receptoris, scilicet magistri Galteri de Wervia, iiij lib.

(Fol. 66 recto) Sequuntur recepte

Sequuntur nomina licenciatorum istius anni [5]

Dominus Guntherus de Tzucha, dyocesis Missonensis, cujus bursa nichil.

Dominus Franco Wilhelmi, Trajectensis dyocesis, cujus bursa 6 sol., j lib. x sol.

Reynerus de Camera, dyocesis Trajectensis, cujus bursa 4 [sol.], j lib.

Ulricus Becken, cujus bursa 4 [sol.], j lib.

Theodricus Petri de Harlem, cujus bursa 6 sol., j lib. x sol.

Guillelmus de Dumeto alias de Haghen, cujus bursa 8 sol., ij lib.

Robbertus Forest, cujus bursa vj [sol.], j lib. x [sol.]

Johannes Majoris, cujus bursa vj sol., j lib. x [sol.]

Petrus Bertholomei de Harlem, cujus bursa 4 sol., j lib.

Lambertus Camp, cujus bursa valet sex sol., j lib. x sol.

Henricus Zelem, cujus bursa sex [sol.], j lib. x sol.

Petrus Mey, cujus bursa 4 [sol.], j lib.

Aernoldus Bernardi, cujus bursa vj sol., j lib. x sol.

Theodricus Delft, cujus bursa vj sol., j lib. x sol.

Ydo Henrici de Schoenhovia, cujus bursa 4 [sol.], j lib.

Theodricus Hoern, cujus bursa nichil.

Symon Cuper, cujus bursa viij sol., ij lib.

Johannes Teutelinghen [6], cujus bursa nichil.

Petrus Hœrn cujus bursa 4 sol., j lib.

Balthasar Mesmanus, cujus bursa 8 [sol.], ij lib.

Conrardus Sartoris de Salwandinghen, cujus bursa nichil,

Winandus Bel, cujus bursa valet 6 sol., j lib. x sol.

Petrus Brechtel, cujus bursa valet 8 sol., ij lib.

Stannislaus Wenceslay, cujus bursa nichil.

Johannes Camens, cujus bursa nichil, nichil.

Johannes Ruch, cujus bursa valet nichil.

Arnold Laurencii, cujus bursa valet quinque sol. j lib. v sol.

W[ALTERUS] DE WERVIA,
natus de Ruswick in ducatu Gelrie.
[*sign. man.*]

Summa istius : xxviij lib. xij sol.

1. I.e. Jul. 27, sed die 26ª secundum *Libr. proc.* (*Auct.* II, 859, 6)
2. Nomen tabernae cancellatum est.
3. Boemundus, ad tenuitatem raptoris cujusdam spolio deductus subventionem petiit (*ibid.*, 859, 29-34).
4. Sc. mutuum quo debitis satisfaceret (*ibid.*, 859, 34-41).
5. Typis jam mandatum *Auct.* II, 856, 14-858, 14.
6. I. e. Johannes Sculteti.

(Fol. 66 verso) Sequuntur nomina incipiencium istius anni

Dominus Guntherus Tzucha, cujus bursa nichil.
Solvit pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Dominus Franco Guilhelmi de Leydis solvit bursam vj sol., j lib. x sol.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Guilhermus de Dumeto, alias de Haghen, cujus bursa 8 [sol.], ij lib.
Item pro jocundo adventu et cappa rectoris simul, ij lib.
Ulricus Becken, cujus bursa valet 4 solidos, j lib.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Theodricus Petri, cujus bursa valet v sol., j lib. x sol.
Pro jocundo adventu et cappa, ij lib.
Johannes Majoris, cujus bursa valet sex solidos, j lib. x sol.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Petrus Brechtel solvit bursam 8 sol., ij lib.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Reynerus de Camera, cujus bursa 4 [sol.], j lib.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Stanislaus Wenceslai cujus bursa nichil.
Solvit pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Johannes Camens, cujus bursa nichil, nichil.
Pro cappa et jocundo adventu, ij lib.
Henricus Zelem, cujus bursa vj [sol.], j lib. x sol.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Item Lambertus Camp, cujus bursa valet vj [sol.], j lib. x sol.
Pro jocundo adventu et cappa, ij lib.
Symon Cuper, cujus bursa valet viij sol., ij lib.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Johannes Teutelinghen, cujus bursa nichil.
Pro jocundo adventu et cappa simul, ij lib.
Arnoldus Bernardi, cujus bursa vj [sol.], j lib. x sol.
Pro jocundo adventu et cappa, ij lib.
Winandus Bel, cujus bursa valet 6 sol., j lib. x sol.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Robertus Forest, cujus bursa 6 sol., j lib. x sol.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Summa istius pagine : liiij lib.

(Fol. 67 recto) Theodricus Hoern, cujus bursa nichil.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Theodricus Delft, cujus bursa vj [sol.], j lib. x sol.
Pro jocundo adventu et cappa, ij lib.
Ido Henrici, cujus bursa valet 4 [sol.], solvit j lib.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Petrus Hoern, cujus bursa 4 [sol.], j lib.
Pro jocundo adventu et cappa, ij lib.
Balthasar Mesnangh, cujus bursa 8 [sol.], ij lib.
Pro jocundo adventu et cappa, ij lib.
Johannes Ruch, cujus bursa nichil, nichil.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Petrus Mey, cujus bursa valet 4 [sol.], j lib.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Petrus Bartholomei de Harlem, cujus bursa 4 [sol.], j lib.
Pro jocundo adventu et cappa, ij lib.
Arnoldus Laurencii, cujus bursa valet v sol., j lib. v sol.
Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.
Item recepi ad utilitatem nacionis iij florenos Rennenses, quos nacioni Almanie legavit discretus vir magister Menco de Hof[1] pie memorie, quos michi tradidit magister Johannes de Palacio IX Junii.

Summa istius pagine : xxix lib. vij sol.
Summa summarum recepte : cxij lib. ij sol.
Item summa in qua mansit debens Walterus de Wervia, receptor, in Artibus magister et in Theologia baccalarius, facta computacione 2ª die Augusti apud Sanctum Maturinum, est lxxxiiij lib. xiiij sol. iiij den.

Symon Cuper, tunc procurator, protestor ita esse.
[*sign. man.*]

Computo facto, presentibus procuratore et duobus magistris nacionis, videlicet magistro Jacobo Gray et magistro Jaspare Smit, defalcatis xxviij libris, xij sol. de summa totali, remansit receptor debitor in lvj libris, ij sol. iij den.

[Folpardus] de Ameronghen
[*sign. man.*][2]

1. De quo vide *supra*, 80, 5, n. 5.

2. Substitutus 1451, Aug. 11 (*Auct.* II 860, 6).

Super [1] summa lvj lib. de qua respondit magister Johannes de Martiniaco [2] ego Jacobus Gray in primis recepi ex parte nationis summam sex scutorum auri.

Item die VI[a] mensis Novembris, M° CCCC° LI°, recepta est sive soluta de summa lvj lib. ij sol. iij den. summa xlix lib. vij sol., et sic restat de predicta summa solum summa vj lib. xv sol. et iij den. debita nacioni per magistrum Galterum de Wervia. Et hanc summam deductam preter duo scuta, viij sol. solutos in *cunabulo* ego Jacobus Gray recepi.

JACOBUS GRAY
[*sign. man.*]

(Fol. 67 verso) Sequuntur misie pro refusione denariorum plumbeorum

Pro magistro Andrea Monachi, xj sol.

Pro magistro Alexandro Scoto, scilicet Mac Alexaudri, xij sol.

Pro magistro Johanne Petri, xj sol.

Pro magistro Jaspere Smit, vj sol.

Pro magistro Petro Noertwick, viij sol.

Pro magistro Theodrico Martini, vj sol.

Pro magistro David Cranoch, xij sol.

Pro Bomondo, xx sol.

Pro magistro Jacobo de Gauda, xj sol.

Pro magistro Adriano de Mera, vij sol.

Pro magistro Wesselo, x sol.

Pro magistro Johanne Theodorici pro celebracione missarum, iiij lib. et iiij alb.

Pro magistro Volpardo de Ameronghen, ix sol.

Item pro Johanne subbedello, xxiiij sol.

Item pro magistro Galtero de Wervia, xxij sol.

Item pro domino capellano Sanctorum Cosme et Damiani, x sol.

Item pro magistro Jacobo Gray, xvj sol.

Post festum sancti Johannis Baptiste

Item pro magistro Wesselo ten Kate, x sol.

Item pro magistro Arnoldo Laurencii, vj sol.

Item pro magistro Volpardo de Ameronghen, ij sol.

Item pro magistro Alexandro Mac Alexandri, vj sol.

Item pro custode Sanctorum Cosme et Damiani, xviij sol.

Item pro magistro Petro Noertwick, vj sol.

Item pro Symone Cuper pro tunc procuratore nostro, vj sol.

Item pro magistro Lamberto Camp, vj sol.

Item pro Boemundo bedello, viij sol.

Item pro domino et magistro Johanne Theodrici, j lib. ij sol.

Summa istius : xviij lib. vj sol. iiij den.

Summa summarum totius misie : lxxiij lib. vij sol. x den.

(Fol. 68 recto) Item post secundam computacionem LI[i] exposuit magister Walterus de Wervia, in Artibus magister et in Theologia baccalarius.

Item pro magistro David, v sol. et iiij den.

Item pro magistro Jaspar Smit in plumbeis, xiij sol. iiij den [3].

Item pro magistro Johanne Kennedi, xx sol [4].

Item pro receptore, viij sol.

Item pro Johanne, vij sol.

Item pro magistro Tymanno [5], xx sol.

[1451, AUG. 11 — 1451, SEPT. 21

Receptoria magistri Jacobi Gray, d. Sancti Andreae, substituti]

(Fol. 68 verso) Jacobus Gray [6].
Sequuntur misie facte

In primis pro deputatis nationis ad recipiendum computum domini receptoris in ejus recessu et

1. Alinea « Super... sex scutorum auri » cancellata est.

2. Johannes de Martiniaco, d. Bisuntinen. (*Auct.* V, 458, 1), mag. Art., regens 1443, Nov. 28 (*ibid.*, 11, 6); proc. nat. Franciae, primus capellanus coll. Burgundiae 1445, Aug. 26 (*ibid.*, 108, 8); 1449, Dec. 4 incepit primum cursum Theol. sub mag. Gerardo Gehe (*BN ms. lat. 5657 C*, fol. 1 verso); capellanus nat. Franciae 1450/51 (*Auct.* V, 429, 46); proc. altera vice 1451, Nov. 18 (*ibid.*, 457, 32); receptor ca. Jan. 1466 (*Auct.* II, 973, 30); proc. tertia vice 1474, Jan. 13 (BULAEUS V, 705 ; *Auct.* III, 259, 6).

Ab anno 1467 regebat in coll. Burgundiae (BULAEUS V, 891), in 1478 principalis ibid. (*Auct.* IV, 154, 43); 1478, Oct. 10 rector (*Auct.* III, 400, 7, ubi « Martinus de Jaco » appellatur; *Auct.* IV, *loc. cit.*, BULAEUS V, 732; 923; *Partie des pièces et actes*, pars 2 « Actes concernans les distributions », p. 1); computum reddidit 1478, Dec. 15 (*Arch. Sorb. 12*, pars I, fol. 2 recto et verso); proc. quarta vice 1489, Feb. (*Auct.* III, 693 41).

Obiit ca. 1491 (MOLINIER, *Obituaires* I, 759). Non est Johannes Montigny quocum in *Auct.* V [indice] 557 confunditur, qui Decr. doctor erat.

3. Nota : « non solvit ».

4. Nota : « Similiter non ».

5. I. e. Telmannus Nicolai de Gouda; linea cancellata est.

6. Ob absentiam Johannis Kennedy, prius in receptorem electi, substitutus est (*Auct.* II, 860, 7-9).

vadia que habuit ex parte nationis, in colatione post prandium XI die Augusti, iiij sol.

Item in die Assumptionis Beate Marie in ecclesia nostra et in vesperis, x sol.

Item in electione [1] procuratoris, xxv sol. iiij den.

Item in festo Nativitatis Beate Marie in ecclesia nostra, x sol.

Item in prandio nationis, in *disco*, xx sol.

(Fol. 69 recto) Jacobus Gray

Sequuntur misie pro refusione denariorum plumbeorum

In primis pro magistro Johanne Theodorici, xxij sol.

Item pro Johanne subbedello, v sol.

Item pro magistro Jesper Smyt, vij sol.

Item pro magistro Henrico Zelen, iiij sol.

Item pro Johanne Wisen [2], ij sol.

Item pro magistro Tymanno, xx sol.

Item pro domino procuratore, xvj sol.

Item pro magistro Alexandro Mac Alexandri, vj sol.

Item pro magistro Jacobo Gray pro denariis plumbeis sibi non solutis per magistrum Walterum de Wervia, x sol.

Item pro eodem magistro Jacobo pro distributionibus suis tempore duorum mensium quo exercuit officium receptoris et pro duobus festis Beate Marie, scilicet Assumptionis et Nativitatis, xij sol.

Somma istarum duarum paginarum : viij lib. xv sol. iiij den. paris.

[1451, SEPT. 21-1452, SEPT. 21]

(Fol. 69 verso) Receptoria magistri Jacobi Gray, [d. Sancti Andreae]

Anno Domini 1451, facta congregacione venerande nationis Almanie super electione novi receptoris, ut moris est, in die sancti Mathei apud Sanctum Maturinum, electus fuit ex consensu magistrorum in receptorem nationis ejusdem magister Jacobus Gray, qui fecit misias et receptas que sequuntur.

Sequuntur misie facte post electionem

In primis, in die electionis in distributionibus magistrorum, v lib.

Item in continuatione [3] magistri Fulperdi, j lib.

Item Bolmundo ex dono gratuito concesso sibi per nationem, j lib. ij sol.

Item Johanni Loysen subedello ex datis per nationem [4], j lib. ij sol.

Item pro stipendiis magistri Jacobi Gray tempore quo fuit substitutus, j lib.

Item pro quodam capellano qui cantavit missam nostram in absentia capellani, ij sol.

Item in electione [5] magistri Petri Brethel, viij sol.

Item pro cappa magistri Clementis Permenter [6], ij lib. xij sol.

Item Johanni Loysen fuerunt concessa per nationem ix lib. xviij sol.

Item in continuatione [7] magistri Petri Brethel, xvj sol.

Item in profesto sancti Eadmundi, convocatis pluribus, scilicet procuratore, magistro Lamberto[8], magistro Jesper[9], magistro Fulperdo[10] et quibusdam aliis ad providendum de festo et ad invitandum dominum curatum secundum ordinacionem nacionis in colacione expositi erant viij sol.

Item in die sancti Eadmundi in prandio nacionis, xij lib.

Item pro prandio servitorum et vino bidellorum, x sol.

Item in festo sancti Eadmundi in ecclesia nostra in vesperis et in missa pro cantoribus et organista, curato, oblacionibus magistrorum, straminibus et aliis, j lib. vj sol.

Item in festo sancte Katerine in vesperis et missa, x sol.

Item in festo sancti Andree in vigiliis et missa, x sol.

1. Sc. Folpardus de Amerongen, electus 1451, Aug. 31 (*ibid.*, 861, 11).
2. I. e. Johannes Wesanen.
3. Sc. de Amerongen, continuatus 1451, Sept. 23 (*Auct.* II, 863, 26).
4. Boemundus et Johannes singuli unum scutum receperunt « sub condicione tamen quod diligentiores sint... in serviciis et obsequiis magistris nacionis exhibendis » (*ibid.*, 862, 39-46).
5. 1451, Oct. 21 (*ibid.*, 864, 36).
6. Clemens Parmentarii, Parmentier, Norm., mag. Art., regens 1450 (*ibid.*, 797, 24); rector 1451, Oct. 11 (*Auct.* V, 456, 1; vide *infra;* cf. *Auct.* II, 864, n. 6; Bulaeus V, 921); lic. Theol. 1460, Apr. 22 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 22 verso); 1466 ultimo de eo legitur (*Auct.* III, 4, 11).
7. Nihil in *Libr. proc.* de continuatione legitur.
8. Sc. Schout.
9. Sc. Smit.
10. Sc. de Amerongen.

Item in *scuto argenteo* in prandio in presencia nacionis, j lib.

Somma istius pagine : xlvij lib. xix sol. iiij den.

(Fol. 70 recto) Item in festo sancti Nicolai in missa et vesperis, x sol.

Item in festo Sanctificacionis Beate Marie in vesperis et missa, x sol.

Item in electione [1] magistri Lamberti Scout, j lib.

Item deputatis nacionis ad visitandum ornamenta nacionis in colacione, viij sol.

Item pro cappa magistri Thome Josleyn [2], ij lib. xij sol.

Item i[n] continuacione [3] magistri Lamberti, xiiij sol.

Item pro factura denariorum plumbeorum, iiij sol.

Item in die electionis tentatorum bacalariorum, vj sol.

Item pro quodam capellano qui cantavit vesperas semel in absencia magistri Johannis Theodorici, j sol.

Item in vigilia Purificacionis, convocatis procuratore et pluribus aliis magistris in colacione, iiij sol.

Item in festo Purificacionis in ecclesia nostra in vesperis et missa, x sol.

Item pro stipendiis magistri Lamberti Scout pro soli[ci]tacione cause nacionis contra textorem in Parliamento, xx sol.

Item pro stipendiis deputatorum nacionis ad audiendum computa receptorum burse communis Universitatis et ad visitandum statum burse, in primis pro magistro Lamberto tunc procuratore, pro tribus diebus quibus vacavit in eisdem computis, xij sol.

Item pro magistro Jacobo Gray pro totidem diebus, xij sol.

Item pro magistro Jesper Smytht pro duobus diebus, viij sol.

Item septima Februarii, exposuit nacio in *disco*, in vico Sancti Jacobi, xxx sol.

Item in electione [4] magistri Jespar Smytht, j lib. xviij sol.

Summa istius pagine : xij lib. xix sol. par.

(Fol. 70 verso) Item in die Purificacionis pro tedis et cereis remanen[tibus] in ecclesia et pro cereis magistrorum et aliis, v lib. iiij sol. ij den.

Item pro una procuracione in Parliamento contra textorem [5], xiiij sol., et pro presentacione.

Item in continuacione [6] magistri Jespar, viij sol.

Item pro reparacione virge Johannis Loysen, vj sol.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Sequitur nomen cujusdam incipientis

Dominus Robertus Broen, cujus bursa nichil, vj sol.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Item recepi pro bursis magistri Roberti Broen, ij lib. xij sol.

Item pro resta bursarum magistri Thome Bomar, ij lib. iiij sol.

Item recepi ex parte cujusdam domus que quondam fuit Bomundo, pro uno termino finito in festo Nativitatis, per manus magistri Johannis Cotlogon j scutum.

Item recepi a quadam muliere que nuncupatur vrou Sandikens, ex parte domus in qua non est intersignium, pro uno termino finito in festo Nativitatis, j scutum.

Sequitur nomen cujusdam incipientis

Dominus Marcilius de Dordrako, cujus bursa iiij sol., j lib.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Summa hujus pagine : lxvij lib. xv sol. paris.

(Fol. 109 verso) Receptoria magistri Goeswini Hattem de Campis, dyocesis Trajectensis. Sequuntur nomina baccalariorum anni presentis istius Universitatis

Dominus Petrus Heynbach, cujus bursa xj sol., v lib. xv sol.

Dominus Johannes de Lofen, cujus bursa x sol., v lib. x sol.

Dominus Gherardus Gronenwout[2], cujus bursa ix sol., iiij lib. xv sol.

Dominus Tydemannus Veen[3], cujus bursa vij sol., iij lib. xv sol.

1. Sc. Frau.

2. Gerardus de Gruenewoude de Trajecto, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1458 (*Auct.* II, 920, 30; 921, n. 1).

3. Tiemannus Veen, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 920 32; 921, n. 1); proc. 1459 (*ibid.*, 994).

Dominus Ludolphus Veen [1], cujus bursa vij sol., iij lib. xv sol.

Dominus Gerardus Nycolay [2], cujus bursa vij sol., iij lib. xv sol.

Dominus Teodricus Loef [3], cujus bursa vij sol., iij lib. xv sol.

Dominus Matheus Stenmich, cujus bursa vj sol., iij lib. x sol.

Dominus Petrus Kobolt, cujus bursa v sol., ij lib. xv sol.

Dominus Paulus Rasoris, cujus bursa v sol., ij lib. xv sol.

Dominus Blasius Sereb [4], cujus bursa iiij sol., ij lib. x sol.

Dominus Leonardus Fingulim [5], cujus bursa vij sol., iij lib. xv sol.

Dominus Johannes Fillici [6], cujus bursa iiij sol., ij lib. x sol.

Dominus Patricius Blackok [7], cujus bursa nichil, xxvj sol.

Dominus Petrus Camens, cujus bursa nichil, xxvj sol.

Dominus Liberius Rothlies, cujus bursa nichil, xxvj sol.

Dominus Petrus Mallestart [8], cujus bursa nichil, xxvj sol.

Dominus Ysbrandus Heynrici [9], cujus bursa v sol., ij lib. xv sol.

Dominus Lurnem [?] Heynrici [10], cujus bursa v sol., ij lib. xv sol.

Dominus Valentius Pomich, cujus bursa nichil, xxvj sol.

Dominus Georgius Storiswode [11], cujus bursa vj sol., iij lib. x sol.

Dominus Johannes Oesten [12], cujus bursa nichil, xxvj sol.

Dominus Guillermus Galteri [13], cujus bursa vij sol., iij lib. xv sol.

Dominus Guillermus Patricii [14], cujus bursa iiij sol., ij lib. x sol.

Dominus Allardus Gisberti [15], cujus bursa vj sol., iij lib. x sol.

Dominus Everrerdus Gerbrandi [16], cujus bursa nichil, xxvj sol.

Dominus Ludolphus Ludolphi [17], cujus bursa vj sol., iij lib. x sol.

Dominus Thomas Nuwman [18], cujus bursa ix sol., iiij lib. xv sol.

Item [19] super bursis duorum baccalariorum quorum unus, videlicet Johannes de Moravia, solvit nacioni bursam iiij solidorum, alter vero, videlicet Johannes Soravie [20], nichil solvit pro bursis, recepi a magistro Mathia qui cum consensu nacionis suum proprium fecit debitum pro ambobus j scutum.

Item [21] pro resta istarum bursarum idem magister Mathias Leydemethe obligatus est sub penis nisi

1. Ludolphus Veen, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 920. 34; 921, n. 1); proc. 1459 (*ibid.*, 994); 1470 doctor utr. jur., decanus Trajecten., consiliarius episcopi Davidi Trajecten. (Enklaar, *Bisschop David van Bourgondië*, 173); 1493-94 adhuc decanus Trajecten. (K. Heeringa, *Rekeningen van het bisdom Utrecht 1378-1573*, in « Werken uitgegeven door het Historisch Genootschap », 3. ser., n. 50, 59, 60, Utrecht, 1926-1932, [abbr. Heeringa, *Rekeningen*], II, 68, 70).

2. Gerardus Nicolai de Leydis [*Leiden*], d. Trajecten., (*Auct.* II, 931, 36); lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 920, 40; 921, n. 1); proc. 1458, 1459 (*ibid.*, 994); receptor 1460 (*ibid.*, 998).

3. Theodoricus Loef, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 921 3, n. 1).

4. Blasius Sereb (Sirbornis) de Thin [*Teinitz*], d. Pragen., lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 920, 42; 921, n. 1); obiit 1462 (*ibid.*, 945, 15).

5. Leonardus Fingerlin, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 18, n. 3).

6. Johannes Felicis, lic. et mag. Art. 1460 (*ibid.*, 931, 21, n. 1).

7. Patricius Blaklok, d. Glasguen., lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 921, 5, n. 1).

8. Petrus Lupi de Mallerstat [*Melrichstadt*], d. Herbipolen., lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 920, 44; 921, n. 1); proc. 1460 (*ibid.*, 995); mag. Paris. cler. Herbipolen. intit. Heidelberg. 1464 (Toepke, *Matr. Heidelberg*, I, 312).

9. Isbrandus Henrici, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1458 (*Auct.* II, 921, 15, n. 1).

10. *Auct.* II, 915, 23 affert « Levinus ».

11. Georgius Storiswoude (rectius Schorisevod [*Schoriswood*]), d. S. Andreae, lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 921, 19, n. 1). Georgius quidam Schoriswood 1459-1461 vicarius perpetualis parroch. eccl. Drumfressis, d. Glasguen. erat (Cameron, *Apost. Camera*, 239 et passim).

12. Johannes Oesten, prob. Osteyn de Scotia (vide Anderson, *Early Records*, 352).

13. Guillelmus Galteri, d. Glasguen., lic. et mag. Art. 1458 (*Auct.* II, 920, 36; 921, n. 1).

14. Guillelmus Patricii, d. S. Andreae, lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 921., 7 et n. 1).

15. Allardus Ghisberti, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 921, 13 et n. 1).

16. Everardus Gerbrandi, d. Trajecten., lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 921, 9 et n. 1).

17. Ludolphus Ludolphi, cler. Colonien., intit. Coloniae 1454, (Keussen, *Matr. Köln*, I, 570); d. Trajecten., lic. et mag. Art., Parisiis 1458 (*Auct.* II, 921, 1 et n. 1).

18. Thomas Nuwman, d. S. Andreae, lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 921, 17 et n. 1).

19. Marg. sinist. : « Nota ».

20. Revera Johannes de Moravia (cujus loco, *supra*, lin. 22, lege « Johannes Soravie »), nam Johannes Soravie bursam 4 sol. in lic. et mag. 1458 solvit (vide *infra*, 306, 36, n. 4; 307, 45, n. 1) et 1459 sub nomine Johannis Czinke de Soravia in nat. Misnen. Lipsiae intit. est (Erler, *Matr. Leipzig*, I, 216).

21. Marg. sinist. : « Nota ».

in domo scribe Universitatis, videlicet magistri Johannis Vochgel [?], satisfaceret nacioni ante festum Omnium Sanctorum.

Summa hujus pagine : lxxxv lib. xix sol. paris.

(Fol. 110 recto) Receptoria magistri Goeswini Hattem de Campis, dyocesis Trajectensis. Sequuntur nomina baccalariorum a[n]-ni presentis aliorum universitatum

Dominus Gerardus Krageneck, cujus bursa xj sol., v lib. xv sol.

Dominus Johannes Mathie [1], cujus bursa iiij sol., ij lib. x sol.

Dominus Andreas Mertin [2], cujus bursa iiij sol., ij lib. x sol.

Dominus Cristianus Gosman [3], cujus bursa nichil, xxvj sol.

Dominus Jacobus Roef [4] cujus bursa iiij sol., ij lib. x sol.

Dominus Petrus Hoye [5], cujus bursa iiij sol., ij lib. x sol.

Item recepi a magistro Guillermo Scoti ex parte cujusdam domus situate in vico de Fontaynes pro duobus terminis elapsis, quorum ultimus fuit festum Pasche, xx sol.

Summa hujus pagine : xviij lib. xij den. paris.

Summa totalis recepte : centum libras septuaginta unam libras, xv sol. paris.

Comparata misia ad receptam, recepta excedit misiam in octuaginta septem lib. xvij sol. iiij den.

[Christoforus] Aemstel
[*sign. man.*]

(Fol. 110 verso) Sequuntur misie facte post primum compotum

Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, facto primo compoto, receptor posuit ad archam nacionis quinquaginta scuta Francie legitimi ponderis, presentibus venerabilibus magistris magistro Christoforo Amstel procuratore, magistro Evererdo Custodis, Alberto Scriptoris, Arnoldo Futkinii, Johanne Evewardi [6] et multis aliis. In cujus rei testimonium signeta sua manualia hic apposuerunt, anno Domini ut supra. Que summa extendit ad quinquaginta quinque libras paris.

A[lbertus] Scriptoris
[*sign. man.*]

Item quando deputati solemnes, videlicet dominus procurator, magister Albertus, magister Arnoldus, magister Allexander [7], magister Johannes Ewardi, magister Hugho, magister Petrus Steenbach, magister Petrus Hasen receptor, una cum bedellis posuerunt summam predictam in archa, exposui xxij sol. iiij den.

Item ipsa die compoti pro magistrorum distribucionibus, vij lib. iiij sol.

Item [pro] tribus clavibus et pro reparacione trium vel 4^{or} serarum arche nacionis, vj sol.

Item in continuacione [8] magistri Christofori Amstel in procuratorem, iiij sol.

Item pro cappa domini rectoris magistri Johannis Bollengarii [9], xxvj sol.

Item in electione [10] magistri Erardi Leppelin in procuratorem, iiij sol.

Item dedi magistro Petro Maugier pro quibusdam litteris, xiiij sol.

Item in festo Visitacionis pro magistrorum distribucionibus in vesperis et in missa, ij lib. iij sol.

1. Johannes Mathie de Gengenbach, d. Argentinen., lic. et mag. Art. 1461 (*Auct.* II, 940, 37; vide *infra*, 353, 3); proc. 1463 (*Auct.* II. 996); 1465 intit. Basiliae mag. Art. Parisien. ad docendum Artes liberales (via antiqua); 1470 etiam poesiam docebat; 1471 bacc. Bibl.; 1474 canon. S. Petri; 1480 doctor jur. can.; 1481 rector Universitatis; 1486 obiit (Wackernagel, *Matr. Basel*, I, 54, 167; Vischer, *Gesch. der Univ. Basel*, 148, 187).

2. Andreas Martini, d. S. Andreae, det. univ. S. Andreae 1455 (Anderson, *Early Records*, 34); lic. et mag. Art. Paris. 1458 (*Auct.* II, 921, 11 et n. 1); 1478 rectoriam parroch. eccl. Tynyghan, d. S. Andreae resignavit (Cameron, *Apost. Camera*, 194).

3. Christianus Gosman de Ramel, intit. Lipsiae 1451 in natione Polonorum; bacc. 1455 (Erler, *Matr. Leipzig*, I, 173, II, 164).

4. Jacobus Roef de Rotenburgo [*Rothenburg*], d. Constantien. (vide *infra*, 305, 27), intit. Lipsiae 1453 in natione Bavarorum (Erler, *Matr. Leipzig*, I, 186); bacc. ibidem 1455 (*ibid.*, II, 163); lic. et mag. Art. Paris. 1458 (*Auct.* II, 921, 23 et n. 1).

5. Petrus Hoye (Hoy) de Bommel, d. Trajecten., intit. Coloniae 1454, det. 1456, Jul. 4 (Keussen, *Matr. Köln*, I, 572).

6. I. e. Eduardi.

7. Alexander utrum MacAlexander an Murray fuerit nescimus.

8. 1457, ca. Maii 6 (*Auct.* II, 916, n. 2).

9. Johannes Bolengarii vel Boulangier, Picardus, mag. Art. (*Auct.* II, 718, 39); temptator examinis S. Genovefae pro nat. Pic. 1454, Apr. 13 (*Auct.* V, 590, 41); rector 1457, ca. Mar. 24 (*Auct.* II, 915, n. 3; Bulaeus V, 922); lic. Theol. 1458, Feb. 13; mag. 1461, Feb. 10 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 22 recto); 1466 executor testamenti Nicolai Coquerel (*Auct.* III, 9, 18).

10. 1457, ca. Jun. 2 (*Auct.* II, 916, n. 4).

Item domino curato, ij sol.
Item cappellano nostro, ij sol.
Item illi qui cantavit epistolam, iiij alb.
Item illi qui cantavit ewangelium, iiij alb.
Item pro offertorio, iiij sol.
Item pro organista, ij sol.
Item pro cappa domini rectoris [1] magistri Arnoldi Futkin, xxvj sol.
Item pro cera rubea ad sigillandum literas nacionis bina vice, iiij alb.
Item in festo Assumpcionis pro magistrorum distribucionibus in vesperis et missa, ij lib. j sol.
Item domino curato, ij sol.
Item cappellano nostro, ij sol.
Item illi qui cantavit epistolam, iiij alb.
Item illi qui cantavit ewangelium, iiij alb.
Item pro offertorio, iiij sol.
Item pro organista, ij sol.
Item in electione [2] magistri Johannis de Lapide in procuratorem, iiij sol.

Summa hujus pagine : septuaginta duo libre, decem septem sol. paris.

(Fol. 111 recto) Receu par moy, frere Jehan Bourgois, pitancier de l'eglise Saincte Geneviefve ou Mont de Paris, de venerable et discrette personne maistre Gossouyn de Campis, receveur de la nacion d'Angleterre, la somme de xxij s. vj den. paris. deubz a laditte eglise pour ung an fini au terme saint Jehan dernier passé, a cause de pareille somme tant fons de terre que rente que laditte eglise a droit de prendre par chacun an sur les escoles de laditte nacion, assises en la rue du Feurre. Item ay receu xv s. par. pour et ou nom du prieur de laditte eglise qu'il a droit de prendre sur lesdittes escolles. Desquelles sommes dessusdittes je me tieng content et de tout le temps passé. Tesmoing mon saing manuel cy mis le XXIXe jour de juillet, l'an mil IIII^{c} cinquante et sept.

J[EHAN] BOURGOIS
[*sign. man.*]

Item pro clavibus et seris quas feci fieri in domibus nacionis, vj sol.
Item dedi scribe pro aliquibus literis quas scripsit et sig[ill]avit, viij sol.
Item pro uno superpellicio novo, j scutum iiij den.

1. Arnoldus Fokini, rector 1457, Jun. 23 (*Auct.* II, 915, n. 5; BULAEUS V, 619 diem electionis sine nomine rectoris refert).

Item pro habendo parvos albos pro decem festis, x alb.
Item pitanciario Sancte Genovefe pro scolis, ut patet in quitancia, xxxvij sol. vj den.
Item in festo Nativitatis Marie pro magistrorum distribucionibus, ij lib. j sol.
Item domino curato, ij sol.
Item cappellano nostro, ij sol.
Item illi qui cantavit epistolam, iiij alb.
Item illi qui cantavit ewangelium, iiij, alb.
Item pro offertorio, iiij sol.
Item pro organista, ij sol.
Item pro stipendiis receptoris, iiij lib.
Item dedi Brechtero pro bursis licenciatorum et incipiencium vij lib. xij sol.
Item Goeswino ex eadem causa, iij lib. xvj sol.
Item dedi bedellis ex ordinacione nacionis xvj sol.
Item defalcavi magistro Petro Steenbach ij lib. quas dedit sibi nacio in fine ultimi compoti sui pro laboribus et legalitate compoti.
Item a fine mensis Aprilis usque ad festum Mathei inclusive solvi cappellano nostro pro missis celebratis septimanatim ij scuta ij sol. ij alb.

Summa hujus pagine : viginti septem libre, xviij den. paris.
Summa totalis misie hujus computi : nonaginta novem libre, decem octo sol. vj den.

(Fol. 111 verso) [Goeswinus Hattem] de Campis. Sequuntur ea que recepi post primum compotum

Sequuntur nomina licenciatorum

Dominus Magnus Nycolay, cujus bursa viij sol., ij lib.
Dominus Johannes Duuck, cujus bursa ix sol., iij lib. xv sol.
Dominus Mathias Scol, cujus bursa vj sol., xxx sol.
Dominus Gherardus Hoft, cujus bursa x sol., iiij lib. x sol.
Dominus Jacobus de Valis, cujus bursa nichil, vj sol.
Dominus Jacobus Philippi, cujus bursa iiij sol., j lib.
Dominus Jacobus Mileti, cujus bursa iiij sol., j lib.

2. 1457, ca. Aug. 26 (*Auct.* II, 916, n. 6).

Dominus Guillermus Liel, cujus bursa iiij sol., j lib.

Dominus Johannes Mathei, cujus bursa iiij sol., j lib.

Dominus Johannes Helmunt, cujus bursa iiij sol., j lib.

Dominus Petrus Broen, cujus bursa v sol., ij lib. x sol.

Dominus Gerardus Leppelin, cujus bursa x sol., iiij lib. x sol.

Dominus Nycolaus de Polonia, cujus bursa nichil, vj sol.

Dominus Nycolaus Barbitonsoris, cujus bursa nichil, vj sol.

Sequuntur
nomina incipiencium

Dominus Magnus Nycolay, cujus bursa viij sol., ij lib.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Dominus Johannes Duuck, cujus bursa ix sol., ij lib. v sol.

Dominus Mathias Scol, cujus bursa vj sol., xxx sol.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Dominus Gherardus Hoft, cujus bursa x sol., ij lib. x sol.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Idem Johannes Duuck pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Dominus Jacobus Mileti, cujus bursa iiij sol., j lib.

Item pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Dominus Jacobus de Valis, cujus bursa nichil, vj sol.

Item pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Dominus Jacobus Philipphi, cujus bursa iiij sol., j lib.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Dominus Johannes Mathie, cujus bursa iiij sol., j lib.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Summa hujus pagine : quadraginta quinque libre, novem solidi paris.

(Fol. 112 recto) Dominus Petrus Broen, cujus bursa v sol., j lib. v sol.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Dominus Guillermus Liel, cujus bursa iiij sol., j lib.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Dominus Gerardus Leppelin, cujus bursa x sol., ij lib. x sol.

Idem pro pro [*sic*] jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Dominus Nycolaus Barbitonsoris, cujus bursa nichil, vj sol.

Idem pro jocundo adventu et cappis rectorum, ij lib.

Item recepi ex parte domus provincie j scutum xiij sol., et sic computatis duobus scutis que computavi in primo compoto, mulier[1] que inhabitat satis fecit pro toto anno isto finito in festo Remigii.

Item juxta sentenciam domini rectoris recepi a magistro Johanne Kotlogon ex parte domus nacionis pro tribus terminis quorum ultimus erit festum Remigii ij lib.

Item recepi a magistro Petro Steenbach ix lib. xij sol. ij den.

Summa hujus pagine : viginti sex libre, octo solidi, ij den. paris.

Summa totalis recepte hujus compoti : septuaginta una libre, decem septem solidi, ij den. paris.

Comparata misia ultimi compoti ad receptam ejusdem, misia excedit receptam in viginti octo libris et sedecim den. paris., qua summa ablata a summa octuaginta septem librarum, septem decem solidorum et iiij den. paris., quam receptor debet de primo computo, restant quinquaginta novem libre et sedecim solidi paris., in quibus receptor manet obligatus nationi.

[Johannes] de Lapide
[*sign. man.*]

1. Sc. « vrou Sandikens ».

[1457, SEPT. 21 — 1458, SEPT. 21]

(Fol. 112 verso) **Incipit receptoria magistri Galteri de Wervia, [d. Trajectensis] in Artibus magistri et in sacra pagina baccalarii, pro 2ª vice, nati in ducatu Gelrie in inferiori Almania**

Anno Domini millesimo CCCCº LVIIº, vicesima prima die mensis Septembris seu in die beati Mathei apostoli et evangeliste, congregata veneranda nacione Almanie apud Sanctum Maturinum super electionem novi receptoris, electus fuit magister Galterus de Wervia in receptorem prefate nacionis, qui fecit misias et receptas que sequuntur.

In primis, pro magistrorum distribucionibus in die beati Mathei apostoli, vj lib. cum xiiij sol. paris.

Item tradidi majori bedello ex dono nacionis ij lib. 4 sol.

Item subbedello, j lib. xij sol.

Item pro duabus continuacionibus[1] magistri Johannis de Lapide, viij sol.

Item solvi domino receptori colegii Sorbone pro domo Bomondi, ut patet in quitancia, x sol.

Item XIIIIª mensis Novembris, solvi cuidam capellano scilicet magistro Herveo Guzmaen pro nacione, ut patet in quitancia ipsius, j lib.

Item in sabbato pro aliquibus qui iverunt mecum ad videndum de loco magis oportuno ad celebrandum festum beati Eadmundi, pro vino eorum, viij sol.

Item pro prandio nacionis quod fuit celebratum in *cunis*, in die sancti Eadmundi, x lib. x sol.

Item in ecclesia in primis tradidi domino curato Sanctorum Cosme et Damiani in die prefati sancti, juxta conclusionem nacionis pro prandio ipsius et capellani sui, xvj sol.

Item pro cantoribus pallacii pro vesperis et missa, j lib. ij sol.

Item pro straminibus, iiij sol.

Item pro organista et certo beati Eadmundi,viij alb.

Item in festo beati Eadmundi[2] pro distribucionibus magistrorum in vesperis et missa, ij lib. ij sol.

Item pro oblacionibus, ij sol. viij den.

Item pro domino curato Sanctorum Cosme et Damiani, ij sol.

Item pro mundando candelabra, j sol.

Item pro cappellano domini curati, v alb.

Item solvi pitanciario Sancte Genovefe, ut patet in quitancia in folio sequenti scripta, j lib.

Item in continuacione[3] magistri Johannis de Lapide, in *cuna*, iiij sol.

Item pro continuacione ejusdem XVIª die Decembris, et electione[4] magistri Mathie Scol, viij sol.

Item in festo sancte Katherine in vesperis et missa pro distribucionibus magistrorum, ij lib. ij sol. iiij den.

Item pro una libra cere rubee, vj sol.

Item pro cappa magistri Johannis Chambellain[5], j lib. viij sol.

Item in vigilia sancti Andree in vigiliis et missa pro defunctis nacionis, ij lib.x sol. iiij den.

Item in festo Nicholay in vesperis et missa, ij lib. iiij sol.

Item in vesperis Conceptionis Marie et missa, ij lib. vij sol. iiij sol.

Item pro cappa[6] magistri Galteri de Wervia, j lib. viij sol.

Summa istius pagine continet xlj unam libras cum xvij solidis.

(Fol. 113 recto) Ego Johannes de Eeconte, procurator collegii Sorbone, fateor recepisse a veneranda natione Almanie per manus honorabilis viri magistri Galteri de Wervia, ejusdem nationis receptoris, sommam decem solidorum parisiensium debitam prefato collegio pro anno finito in festo Remigii ultimate transacto, occasione cujusdam domus situate in Claustro Brunelli, nuper pertinentis Boemundo de Luttera et pro nunc dicte nationi Almanie. Teste meo signo manuali hic apposito, an[n]o Domini Mº IIIIᶜ quinquagesimo septimo, die XIIIIª mensis Novembris.

[Johannes] de Eecoute
[*sign. man.*]

Ego frater Johannes Bourgois, pitanciarius Sancte Genovefe, fateor recepisse a venerabili et circumspecto viro magistro Galtero de Wervia, receptore nacionis Almanie, sommam viginti solidorum pari-

1. 1457, ca. Sept. 23 et ca. Oct. 21 (*Auct.* II, 917, n. 1).

2. 1457, Nov. 20 procurator nationis Alemanniae supplicavit ut rector differret processiones ab Universitate Nov. 20 ordinatas quia illa dies esset festum S. Eadmundi, patroni nationis (*Partie des pièces et actes*, pars XIII « Actes de plusieurs processions », p. 3-4).

3. 1457 ca. Nov. 18 (*Auct.* II, 917, n. 2).

4. 1458, ca. Jan. 13 (*ibid.*, 917, n. 3).

5. Johannes Chambellain, mag. Art., cappellanus ordinarius nationis Franciae 1454, Dec. 14 (*Auct.* V, 642, 22; 501, 4). Utrum hic Johannes an Johannes Lechaimbellain, nat. Pic. (*ibid.*, 691, 8), rector 1457, ca. Oct. 10 (*Auct.* II, 917, n. 4; Bulaeus V, 922) fuerit nescimus.

6. Galterus de Wervia, rector 1457, ca. Dec. 16 (*Auct.* II, 918, n. 5).

siensium debitam dicte ecclesie pro uno anno finito in festo sancti Remigii ultimate transacti ex parte cujusdam domus, situate in vico Clausi Bruneli, que quondam fuit Boemondo de Luttre, de qua quidem summa teneo me pro contento. Teste signo meo manuali hic apposito, die 22ª mensis Novembris, anno Domini Mº quadringentesimo quinquagesimo septimo.

J[ohannes] Bourgois
[*sign. man.*]

Item post taxacionem bursarum exposui pro cena temptatorum et procuratoris et aliorum ij lib. iij sol.

Item in vesperis Purificacionis Beate Marie pro distribucionibus, xv sol.

Item in missa, ij lib. iiij sol. iiij den.

Item in continuacione[1] magistri Mathye Schol, iiij sol.

Item pro clerico curati Sanctorum Cosme et Damiani, xvj sol. par.

Item pro quodam cursore dicto Petrus Hoeck, ferente quasdam literas ad opidum de Arnhem in ducatu Gelrie[2], vj sol. par.

Item in festo Eadmondi tam sicut in Purificacione pro cereis, lxxj sol. ij den. par.

Item in electione[3] magistri Helye de Noerde, iiij sol. par.

Item pro distribucionibus in vespera et missa in festo Annuncianionis Beate Virginis Marie, ij lib. cum viij sol.

Item pro sallario receptoris, iiij lib.

Item pro missarum celebracione in ecclesia Sanctorum Cosme et Damiani tradidi venerabili et scientifico viro magistro Johanni Tyderici[4], anno Domini 1457, 22ª die Februarii, ij lib. x sol.

Item in continuacione[5] magistri Helye de Noerden, iiij sol.

Item dedi Brechtero majori bedello, novem lib. novem sol.

Item dedi Goeswino subbedello, quatuor lib. iiij sol. vj den.

Summa hujus pagine continet xxxiij libras.

Summa totalis misie ascendit lxxiiij libras cum xvij solidis.

(Fol. 113 verso) Sequuntur recepta pro nacione

Item anno quinquagesimo septimo, 16 die mensis Decembris, receptus fuit in baccalarium in Artibus in veneranda nacione Almanorum apud Sanctum Maturinum solemniter congregata Albertus de Polonia[6], qui juravit juravit [*sic*] juramenta consueta, et taxata fuit bursa ejus ad iiijᵒʳ solidos, qui satisfecit michi receptori — de bursa iiijᵒʳ sol. — ij lib. x sol.

Item Judocus Molitoris[7] receptus fuit pro baccalario, cujus bursa valet iiij sol.

Item a Johanne Schuppennagel[8], baccalario alterius anni, cujus bursa valet iiij sol.

Item recepi a magistro Mathia Leydemethe; recepi summam duorum scutorum auri cum decem sol. paris. pro qua obligaverat se nacioni sub penis, nisi, ut patet in quinto folio superius.

Item recepi a Johanne Hertermoet, Constanciensis dyocesis, bursam iiij sol.

Item recepi a domino Nicolao Polono pro jocundo adventu ad nacionem et pro cappa rectoris ij lib. vj sol.

Sequuntur ea que recepi

In primis, recepi ab antiquo receptore, scilicet a magistro Goeswino de Hattem, quas diversis vicibus tradidit michi, xvij lib. et j sol.

Item XIIª die mensis Decembris, recepi a magistro Guillelmo Scoti pro terminis sancti Johannis et Remigii transactis xx sol. par.

Sequuntur nomina
baccalariorum presentis anni

Dominus Petrus Gryer, cujus bursa valet iiij sol.

1. 1458, ca. Feb. 10 (*Auct.* II, 917, n. 6).
2. Vide *infra*, 533, n. 3 (*Auct.* II, 917, 35).
3. 1458, ca. Mar. 10 (*ibid.*, n. 7).
4. I. e. Johannes Theodorici de Dacia, capellanus nationis.
5. 1458, ca. Apr. 7 (*ibid.*, 917, n. 8).
6. Albertus Alberti de Schurkow, d. Posnanien., bacc. univ. Pragensis 1457, Apr. 4 (*Monum. Univ. Pragen.* I, pars II, 59); lic. et mag. Art. Paris. 1461 (*Auct.* II, 941, 9, n. 2); eodem anno intit. mag. Parisien. in univ. Cracovien. (*Album studiosorum Universitatis Cracoviensis*, Cracoviae, 1887 [abbr. *Album stud. Cracov.*], I, 166).
7. Judocus Molitoris de Caufbeuren [*Kaufbeuren*, d. Augusten.], intit. 1454 Lipsiae in natione Bavarorum (Erler, *Matr. Leipzig*, I 190); bacc. ibidem 1457, Mar. 5 (*ibid.*, II, 167); lic. Art. Paris. 1459, mag. 1460 (*Auct.* II, 926, 4 et 927, 12).
8. Johannes Schuppennagel, d. Colonien., lic. et mag. Art. 1458 (*ibid.*, 920, 38 et 921, n. 1).

Dominus Johannes de Lobenberg[1], Constanciensis dyocesis, cujus bursa iiij sol.

Dominus Guillermus Mudi[2], dyocesis Sancti Andree, cujus bursa valet iiij sol.

Dominus Wenceslaus de Plezna, Pragensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol.

Dominus Wenceslaus de Rades, Pragensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol.

Dominus Vincencius de Nova Domo[3], Pragensis dyocesis, cujus bursa iiij sol.

Dominus Thomas Tulloch[4], Rossensis dyocesis, cujus bursa v sol.

Dominus Symon de Castro, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol.

Dominus Bartholomeus Studele[5] Constanciensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol. par.

Dominus Winandus Ruysch[6], Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol.

Dominus Johannes Thomaskonis[7], Pragensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol.

Dominus Jacobus Hulfricht, Fratislaviensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol.

Summa hujus pagine continet lxiiij libras cum xj solidis.

(Fol. 114 recto) Dominus Jacobus Bindop[8], Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol. par.

Dominus Patricius Scoti[9], dyocesis Sancti Andree, cujus bursa valet iiij sol.

Dominus Egidius Zedeler[10], cujus bursa valet iiij sol.

Dominus Thomas Liel[11], dyocesis Sancti Andree, cujus bursa valet iiij sol. par.

Dominus Thomas Kanedy[12], dyocesis Sancti Andree, cujus bursa valet ix sol. par.

Dominus Valentinus Stoep[13], Pragensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol.

Dominus Andreas Gruensneydre, Misnensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol.

Dominus Andreas Ganske, Fratislaviensis dyocesis, cujus bursa iiij sol.

Dominus Bernardus Svircosyn, Ladislaviensis dyocesis, cujus bursa nichil, solvit xxvj sol.

Dominus Nicolaus Glaser[14], Wratislaviensis dyocesis, cujus bursa iiij sol.

Dominus Martinus Sertoris, Maguntenensis dyocesis, cujus bursa nichil, solvit xxvj sol. par.

Dominus Johannes Fasciher, Pataviensis dyocesis, cujus bursa nichil, solvit xxvj sol. par.

Dominus Jacobus Haslac[15], Argentinensis dyocesis, cujus bursa valet vj sol. par.

Dominus Jacobus Delft[16], Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol. par.

Dominus Gysbertus Duysburch[17], Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol. par.

Dominus Petrus Jacobi[18], Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol. par.

Dominus Isbrandus de Werve[19], Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol. par.

1. Homonymus nuntius d. Constantien. 1489 (*Auct.* III, 710, 30).
2. Guillelmus Mudi, lic. et mag. Art. 1459 (*Auct.* II, 926, 6, n. 3).
3. Vincencius de Nova Domo, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 9. n. 3).
4. Thomas Tulloch, det. 1450, lic. 1451 univ. S. Andreae (Anderson, *Early Records*, 28, 29); lic. et mag. Art. Paris. 1460 (*Auct.* II, 926, 16, n. 3).
5. Bartholomaeus Studlin, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.* 926, 11, n. 3).
6. Winandus Rusch, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 925, 42, n. 3).
7. Johannes Thomaskonis, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 7, n. 3).
8. Jacobus Bindop, lic. et mag. Art. 1459 (*Auct.* II, 925, 41, n. 3) proc. 1465 (*ibid.*, 996).
9. Patricius Scoti, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 5; 925, n. 3).
10. Aegidius Zedeler, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 12; 925, n. 3).
11. Thomas Liel (Lyell), lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 17; 925, n. 3); 1459 intit. Lovanii in jure canon. (Wils, *Matr. Louvain*, 68; J. H. Baxter, « Scottish Students at Louvain University 1425-1484 », *Scottish Historical Review*, 25 (1928), 332 [abbr. Baxter, *Scott. Students at Louvain*]).

1461 Intit. Coloniae in Theol. (Keussen, *Matr. Köln*, I, 677); cler. d. S. Andreae, recepit 1465 canonicatum et praebenda eccl. Dunkeld. (Cameron, *Apost. Camera*, 149); lic. Theol. Coloniae 1479, 1486 doctor (Keussen, *op. et loc. cit.*); 1486-1517/18 professor Theol. (H. Keussen, *Die alte Universität Köln, Festschrift zum Einzug in die neue Universität Köln*, Köln, 1934, 427); rector 1489, 1502, 1503, 1509; decanus fac. Theol. 1512; princeps et orator in controversia Reuchlini 1513, defensor dogmatis conceptionis immaculatae B. V. M. (Keussen, *Matr. Köln*, I, loc. cit.).

Obiit 1517-18 (Keussen, *Die alte Universität Köln*, loc. cit.); de testamento ejus vide *Festschrift zur Erinnerung an die Gründung der alten Universität Köln im Jahre 1388*, Köln, 1938, 557, 559.

12. Thomas Kanedy, lic. et mag. Art. 1459 (*Auct.* II, 925, 37, n. 3); proc. 1461 (*ibid.*, 995); rector 1469, Dec. 16 (*Auct.* III, 129, 43; Bulaeus V, 690, 922); 1477, Mar. 30 rector parroch. eccl. Disart, d. S. Andreae, successor Guillelmi Mowat, (de quo vide *infra*, 317, 5, n. 3) et 1478 canon. S. Mariae dictae *Capella regalis* ejusdem dioc. (*Auct.* III, 129, n. 2; Cameron, *Apost. Camera*, 188, 191).
13. Valentinus Schopp, lic. et mag. Art. 1459 (*Auct.* II, 926, 8; 925, n. 3).
14. Nicolaus Glaser, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 10; 925, n. 3).
15. Jacobus Haslach, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 925, 43, n. 3).
16. Jacobus Delft, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 925, 39, n. 3); proc. 1460 (*ibid.*, 995).
17. Ghisbertus Duysburch [*Duisburg*], lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 925, 45, n. 3).
18. Petrus Jacobi, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 14; 925, n. 3).
19. Isbrandus de Werff, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 925, 46, n. 3).

Dominus Albertus Gysberti Hoern[1], Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vj sol. par.

Dominus Florencius Noort[2], Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol. par.

Dominus Gerardus Scivelcamp[3], Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol. par.

Dominus Jacobus Michaelis[4], Treverensis dyocesis, cujus bursa valet v sol. par.

Dominus Gillermus Umfra[5], dyocesis Abirdenensis, cujus bursa valet nichil.

Dominus[6] Johannes Stude, cujus bursa valet nichil.

Summa istius pagine valet lxij libras cum quinque solidis.

Summa totalis recepte : C xxvj libras cum xvj solidis.

Comparata misia ad receptam, recepta excedit misiam in quinquaginta una libris et xix solidis.

Ita est. Helyas de Noerde
[*sign. man.*]

Item dominus Amilius Hanick[7], dyocesis Trajectensis, solvit bursam iiij solidorum, ij lib. x sol. par.

Item dominus Andreas Otterburm[8], Arisboldensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol. par., 3 lib. xv sol.

(Fol. 114 verso) Sequuntur misie facte post primum compotum

Item pro distribucionibus magistrorum ipso die computacionis, vj lib. xij sol. par.

Item ex ordinacione nacionis donavi in subsidium cujusdam edificii in ecclesia Sanctorum Cosme et Damiani, scilicet nove voltacionis in navi ecclesie, ij lib. iiij sol. par.

Item pro clerico curati, xj sol. par.

Item contulit nacio utrique bedello pro tunicis et capuciis habendis viij lib. xvj sol. par.

Item pro reparacione scolarum *septem arcium liberalium*, xj sol. par.

Item pro continuacione[9] magistri Helye de Norden, iiij sol. par.

Item in jocundo adventu magistrorum novorum, in *scuto argenteo*, iiij sol. par.

Item in electione[10] magistri David Archas in procuratorem, iiij sol. par.

Item tradidi magistro Petro Steymbach per modum mutui, juxta conclusionem nacionis, viij lib. xvj sol. par.

Item solvi pro cappa rectoris, scilicet magistri Jacobi Junii[11], ij lib. par.

Item pro distribucionibus magistrorum et aliorum in vesperis et missa Visitacionis Beate Marie Virginis, in toto ij lib. viij sol.

Item solvi pitanciario Sancte Genovefe, ut patet in quitancia suprascripta, j lib. xvij sol. vj den. par.

Receu par moy, frere Jehan Bourgois, pitancier de l'eglise Saincte Geneviefve ou Mont de Paris, de venerable et discrette personne maistre Gaultier de Wervia, receveur de la nation d'Angleterre, la somme de xxij sol. vj den. par., deubz a laditte eglise pour ung an fini au terme saint Jehan dernier passé, a cause de xxij sol. vj den. par. tant fons de terre que rente que laditte eglise a l'office du pitancier a droit de prendre sur les escolles de laditte nation. Item ay receu pour et ou nom du prieur de laditte eglise la

1. Albertus Gisberti Hoern, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 1; 925, n. 3).

2. Florentius de Nord de Leydis (*ibid.*, 942, 2), lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 925, 47, n. 3); proc. 1460 (*ibid.*, 995); receptor 1461 (*ibid.*, 998).

3. Gerardus Scivelcamp, lic. Art. 1460 (*ibid.*, 931, 10); mag. 1461 (*ibid.*, 940, 9); receptor 1466 (*Auct.* III, 831).

4. Jacobus Michaelis, lic. et mag. Art. 1460 (*Auct.* II, 931, 7, n. 1).

5. Guillelmus Umfra (rectius Umphray), lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 3; 925, n. 3).

6. Marg. sinist. : « Nota ».

7. Amilius Hanick, lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 926, 13; 925, n. 3).

8. Andreas Otterburn, d. Aberdonen., lic. et mag. Art. 1459 (*ibid.*, 925, 38, n. 3). Cum nomen Otterburn scoticum est, diocesis est Aberdonen. potius quam Herbipolen., ut conjiciunt editores (*Auct.* II, 919, n. 3.).

9. 1458, ca. Maii 6 (*Auct.* II, 920, n. 5).

10. 1458, ca. Jun. 2 (*ibid.*, 920, n. 6).

11. Jacobus Junii, nat. Franciae, mag. Art. (*Auct.* V, 32, 11); rector 1458, Mar. 24 (*Auct.* II, 920, n. 7; Bulaeus V, 622; 922); 1461, Mar. 21 thesaurarius eccl. Autissiodoren. (*Mém. Fac. Déc.* III, 385, n. 2); 1464 legatus ad regem Franciae, computum Univ. « Jacobus Juing » subscripsit (Spirgatis, *Personalverzeichniss*, 46; *Auct.* II, 920, n. 7).

1465, Aug. 22 legatus fac. Artium ad dominum Bituriae [Seigneur de Berry] (B. Mandrot éd., *Journal de Jean de Roye connu sous le nom de chronique scandaleuse 1460-1483*, S. H. F. Paris, 1894, I, 88; *Auct.* II, 964, 22); 1467, Feb. 7 mag. regens in fac. Decr. (*Paris Arsenal, ms. lat. 1123*, fol. 23 verso); 1468, Apr. 28 consiliarius clericus ad Parlamentum Paris. loco Johannis Berthelot (*Mém. Fac. Déc.*, III, 385, n. 2); 1478, Dec. 22-1490 praesidens Camerae Inquestarum (Aubert, *Hist. du Parlement*, I, 390); curatus eccl. parroch. S. Johannis in Gravia (Molinier, *Obituaires*, I, 846).

Obiit 1494, Jun. 8 (*Paris Arsenal ms. lat. 1123*, fol. 23 verso) « circa horam duodecimam in collegio Cameracensi » (*Mém. Fac. Déc.*, III, 385).

somme de xv sol. par. et quitte du temps passé. Tesmoing mon saing manuel cy mis le VII[e] jour de juillet, l'an mil IIII[c] cenquante et huit.

J[EHAN] BOURGOIS
[*sign. man.*]

Item pro bursis tam licenciatorum quam magistrorum istius anni tradidi Brechtero xj lib. viij sol.

Item Goesvino subbidello pro bursis eorundem, v lib. xiiij sol.

Item solvi Brechtero pro bursis Amelii Hanick et Andre[e] Otterburn et magistri David Archas j lib. iij sol.

Item Goeswino Schuppenaghel, xj sol. vj den.

Item pro deputatis nacionis ad visitandas scolas in vico Straminis exposui in prandio ix sol. par.

Item in vesperis et missa Assumpcionis Beate Marie Viginis, ij lib. vij sol.

Summa totius istius pagine : quinquaginta sex lib. ix sol. par.

(Fol. 115 recto) Item in continuacione[1] magistri David Archas, iiij sol. par.

Item pro cappa rectoris scilicet magistri Johannis Versoris[2], ij lib.

Item in vesperis et missa Nativitatis Beate Virginis pro distribucionibus, ij lib. v sol. par.

Item pro receptoris salario, iiij lib.

Item pro cappellano scilicet pro magistro Johanne Theodorici[3], iij lib. ix sol. iiij den.

Summa istius totius pagine : undecim libre, decem et octo sol. par. et quatuor den. par.

Summa totius misie : sexaginta octo libre, septem solidi cum quatuor den. par.

G[ALTERUS] DE WERVIA
[*sign. man.*]

(Fol. 115 verso) Sequuntur nomina licenciatorum

(6) Dominus Gerardus de Gruenewoude de Trajecto, cujus bursa valet ix sol., ij lib. v sol. par.

(1) Dominus Tiemannus Veen, dyocesis Trajectensis, cujus bursa valet vij sol., j lib. xv sol. par.

(2) Dominus Ludolphus Veen, dyocesis ejusdem, cujus bursa valet vij sol., j lib. xv sol. par.

(3) Dominus Guillermus Galteri, dyocesis Glasvensis, cujus bursa valet vij sol., j lib. xv sol. par.

(10) Dominus Johannes Schuppenaghel, Coloniensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

(5) Dominus Gerardus Nicolay, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol., j lib. xv sol. par.

(9) Dominus Blasius Sirbonis, de Thin, Pragensis dyocesis, cujus bursa iiij sol., j lib.

(18) Dominus Petrus Lupi, Herbipolensis dyocesis, cujus bursa iiij sol., j lib.

(11) Dominus Ludolphus Ludolphi, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vj sol., j lib. x sol. par.

17) Dominus Theodericus Loef, Trajectensis dyocesis, cujus bursa vij sol., j lib. xv sol. par.

(12) Dominus Patricius Blaklok, Glasvensis dyocesis, cujus bursa nichil, solvit vj sol. par.

(19) Dominus Guillermus Patricii, Sancti Andree dyocesis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

(16) Dominus Everardus Gerbrandi, Trajectensis dyocesis, cujus bursa nichil, solvit vj sol.

(13) Dominus Andreas Martini, Sancti Andree dyocesis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

(14) Dominus Alardus Ghiisberti, Trajectensis dyocesis, cujus bursa vj sol., j lib. x sol. par.

(15) Dominus Ysbrandus Henrici, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet v sol., j lib. v sol.

(7) Dominus Thomas Numen, Sancti Andree dyocesis, cujus bursa valet ix sol., ij lib. v sol.

(4) Dominus Georgius Storiswoude, dyocesis Sancti Andree, cujus bursa valet vj sol., j lib. x sol. par.

(20) Dominus Johannes de Soravia, Sancti Andree[4] dyocesis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

(8) Dominus Jacobus Roef, dyocesis Constanciensis, cujus bursa valet vj sol., j lib. x sol.

Sequuntur nomina incipiencium anni LVIII

Dominus Tymannus Veen, dyocesis Trajectensis, incepturus sub magistro Alberto Scriptoris, cujus bursa valet vij sol. par., j lib. xv sol. par.

1. 1458, ca. Jul. (*Auct.* II, 920, n. 8).

2. Johannes Versoris, Norm., mag. Art. 1435 (*Chart.* IV, n° 2458, p. 565); 1449, Dec. 15 rector electus est, sed eo dicente se multis impedimentis involutum officium acceptare non intendere, facultas Gaufridum Calvi elegit (*Auct.* II, 788-789); rector 1458, Jun. 23 (*ibid.*, 920, n. 9; BULAEUS V, 630; 922); 1458, Sept. 25 lector *Ethicae* (*ibid.*, 630). Alius Johannes Versoris ca. 1480-85 intit. Coloniae (KEUSSEN, *Matr. Köln*, III, 54).

3. Sc. de Dacia.

4. Recte d. Misnensis, de quo *supra*, 290, n. 20.

Pro jocundo adventu ad nacionem et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Ludolphus Veen, Trajectensis dyocesis, incepturus sub eodem, cujus bursa valet vij sol., j lib. xv sol. par.

Item pro jocundo adventu ad nacionem et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Guillermus Galteri, Glasvensis dyocesis, incepturus sub eodem, cujus bursa valet vij sol., j lib. xv sol. par.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris ij lib.

(b) Dominus Georgius Storiswoude, dyocesis Sancti Andree, incepturus sub eodem, cujus bursa valet vj sol., j lib. x sol. par.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

(a) Dominus Gerardus Nicolay, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol., j lib. xv sol. par.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Summa istius totius pagine : quadraginta quinque libre, duodecim sol. paris.

(Fol. 116 recto) Dominus Gerardus de Gruenewoude de Trajecto, cujus bursa valet ix sol., ij lib. v sol. par.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Jacobus Roef, de Rotenburgo, Constanciensis dyocesis, cujus bursa valet vj sol., j lib. x sol.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Johannes Schuppenaghel, Coloniensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Thomas Numen, dyocesis Sancti Andree, cujus bursa valet ix sol., ij lib. v sol.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Blasius Sirbonis de Thin, Pragensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Ludolphus Ludolphi, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vj sol., j lib. x sol.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Theodoricus Loef, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vij sol., j lib. xv sol.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Johannes de Soravia, dyocesis[1] [Misnensis], cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Petrus Lupi, Herbipolensis dyocesis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Patricius Blaklok, Glasvensis dyocesis, cujus bursa nichil, solvit vj sol.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Guillermus Patricii, dyocesis Sancti Andree, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Evrardus Gherbrandi, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet nichil, solvit vj sol.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Andreas Martini, dyocesis Sancti Andree, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Alardus Ghiisberti, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet vj sol., j lib. x sol.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Dominus Ysbrancus Henrici, Trajectensis dyocesis, cujus bursa valet v sol., j lib. v sol.

Pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Summa totalis istius pagine : quadraginta octo libre, duodecim sol. par.

Item pro bursis duorum bacalariorum et magistri David Archas in precedentibus paginis : novem libre, xv sol. par.

Summa totalis recepte : centum libre et tres cum xix sol. par.

Summa totalis recepte cum resta prioris compoti est centum et quinquaginta quinque libre, xviij sol. par.

Comparata misia recepte, excedit recepta misiam in octuaginta septem lib. x sol. et viij den. par.

Ita est. David Archas
[*sign. man.*]

[1458, SEPT. 21 - 1459, SEPT. 21]

(Fol. 116 verso) Receptoria magistri Johannis Heynlyn de Lapide, [dyocesis Spirensis]

Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, die vicesima prima mensis Septembris, qua celebratur festum beati Mathei apostoli et ewangeliste, congregata veneranda natione Almanie apud Santum Maturinum super

1. Post verbum « diocesis » lacuna adest.

electione novi receptoris, electus fuit in receptorem prefate nationis magister Johannes Heynlyn de Lapide, dyocesis Spirensis, qui fecit misias et receptas que sequuntur.

Misie

In primis, pro magistrorum distribucionibus in die beati Mathei, v lib. viij sol.

Item Brechtero, majori bedello, ex dono gratuito nacionis, iij lib.

Item in electione [1] magistri Johannis de Rottenburgo in procuratorem, iiij sol.

Item in exequiis magistri Egidii [2] pro distribucionibus magistrorum in vigiliis et in missa et eciam pro curato et aliis servientibus, xxxj sol. par.

Item in continuatione [3] magistri Johannis de Rottenburg, iiij sol.

Item in continuatione [4] ejusdem, iiij sol.

Item in festo beati Eadmundi pro magistrorum distribucionibus in vesperis et in missa, etiam pro offertorio capellano et domino curato et aliis servientibus in missa et pro organista, ij lib. vij sol. minus iiij den.

Item in eodem festo pro straminibus et crinali sancti Eadmundi et mundacione candelabrorum, iiij sol.

Item pro cantoribus, j lib. ij sol.

Item pro prandio nationis et singulis concernentibus prandium, vij lib. x sol.

Item pro prandio domini curati ex ordinacione nationis, xvj sol.

Item pro cereis, xx sol.

Item pro distribucionibus magistrorum et aliorum servientium in vesperis et in missa in festivitate beatissime Katherine et eciam pro organista, ij lib. ij alb.

Item in festo sancti Andree pro magistrorum distribucionibus in vigiliis, x sol. viij den.

Item pro offertorio in missa, ij sol.

Item in eadem missa fuerunt signati magistri presentes et propterea habuerunt pro distributionibus xxvij sol. iiij den.

Item pro distributionibus magistrorum et aliorum servientium in vesperis et missa in festivitate beati Nicolai, xxxxiij sol. viij den.

Item pro distributionibus magistrorum et aliorum servientium in vesperis et missa in festo Concepcionis Beatissime Virginis Marie, xxxxvij sol.

Item in electione [5] magistri Gerardi Nicolai, in *corona*, iiij sol.

Item pro cappa rectoris, scilicet magistri Nicolai Grennier [6], ij lib.

Item pitanciario ecclesie Beate Genowefe ex parte domus quam Bomondus legavit nationi, que situata est in Claustro Brunelli, xx sol. paris.

Item magistro Herveo, cappellano cappellanie Sanctorum Jacobi et Nicolay, fundate in ecclesia Sancti Severini, ut patet in quictancia, xx sol. par.

Summa hujus pagine est xxxvj librarum et quinque solidorum.

(Fol. 117 recto) [Receptoria magistri Johannis Heynlyn de Lapide], dyocesis Spirensis, nati ex marchionatu Badensi

Item in continuatione [7] magistri Gerardi Nicolai, iiij sol.

Item pro magistrorum distribucionibus in exequiis magistri Heynrici Petri in vigiliis, x sol.

Item in missa pro magistris, offertorio, curato et omnibus servientibus, xxvj sol.

Item in vigiliis exequiarum magistri Cornelii [8] pro magistrorum distribucionibus, x sol. iiij den.

Item in missa pro magistris, curato, offertorio et aliis servientibus, xxvj sol. viij den.

Item pro cappa domini rectoris Johannis Egidii [9], ij lib.

Item in taxatione bursarum pro dominis procuratori et temptatoribus in cena eorum cum bedellis, xviij sol.

Item pro cera, ij alb.

Item pro distribucionibus magistrorum in vesperis festivitatis Purificacionis Beatissime Virginis, xij sol. iiij den.

1. 1 58 ca. Sept. 23 (*Auct.* II, 921, n. 2).
2. Prob. Aegidius Andreae.
3. 1458, ca. Oct. 21 (*ibid.*, 921, n. 3).
4. 1458, ca. Nov. 18 (*ibid.*, 921, n. 4).
5. 1458, ca. Dec. 16 (*ibid.*, 921, n. 5).
6. Nicolaus Grenier (Garnier), mag. Art., rector 1458, Oct. (*ibid.*, 921, n. 6); lic. Theol. 1464, Mar. 28 (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 23 verso; *BN ms. lat. 5657 C*, fol. 85 recto).
7. 1459, ca. Jan. 13 (*Auct.* II, 922, n. 7).
8. Forsitan Cornelius de Stenberghe, de quo nihil post 1456, vel Cornelius Guillelmi, de quo nihil post 1449 reperitur.
9. Johannes Egidii, mag. Art., rector 1458, ca. Dec. 16 (*Auct.* II, 922, n. 8; Bulaeus V, 922, qui eum Picardum dicit). Alius Johannes Egidii, d. Parisien., bacc. Decr. 1489, Mar. 5 erat (*Mém. Fac. Déc.* III, 232).

Item pro distribucionibus magistrorum, pro offertorio, pro curato, organista et aliis servientibus in missa, xxxiiij sol.

Item pro cereis, ij lib. x sol. minus iiij den.

Item solvit procuratori canonicorum Sancti Benedicti pro duobus annis elapsis ex parte domus que fuit pro Boemundo, videlicet in quictancia, vj sol.

Ego Petrus Videt, procurator dictorum canonicorum Sancti Benedicti, fateor recepisse a venerabili viro magistro Johanne de Lapide, receptore nationis Almanie, summam sex solidorum pro duobus annis finitis in festo beati Remigii ultimate lapso, pro fundo terre cujusdam domus site in vico Clausi Brunelli, que [ali]quando fuit Bomont de Lutre. Teste signo meo manuali apposito, XI mensis Februarii, anno Domini M° CCCC LVIII°.

P[etrus] Videt
[*sign. man.*]

Item in electione [1] magistri Tylmanni Veen, iiij sol.

Item in continuatione [2] ejusdem, iiij sol.

Item clerico curati ex ordinacione nationis, xvj sol.

Item pro bursis Brechteri majoris bedelli, ij lib. xvj sol.

Item pro bursis Goeswini subbedelli, j lib. viij sol.

Item pro salario receptoris, iiij lib.

Item procuratori collegii Sarbone ex parte domus Boemundi, x sol.

Item capellano nationis, videlicet honorabili viro magistro Johanni Theoderici, pro celebracione missarum in ecclesia Sanctorum Cosme et Damiani usque ad diem compoti, que erat XIIII[a] Marcii, ij lib. xviij sol. iiij den.

Summa istius pagine est viginti quatuor librarum cum quatuordecim solidis.

Summa totalis tocius misie est sexaginta librarum et decem et novem solidorum.

Ego Jacobus Britonis [3], procurator collegii Sorbone Parisius fundati, fateor recepisse a venerabili et discreto viro magistro Johanne Heynlyn de Lapide, receptore nationis Almanie, nomine ejusdem nationis, sommam decem sol. paris. debitam prefato collegio Sorbone pro anno preterito finiente in termino Remigii ultimate lapso, occasione unius domus, situate Parisius in Claustro Brunelli, que aliquando fuit Boemundi de Luttria, nunc autem est dicte [*sic*] dicte nationis. Teste signo meo manuali hic apposito, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, die vero XXIX Marcii post Pascha.

Jacobus Britonis
[*sign. man.*]

(Fol. 117 verso) Receptoria magistri Johannis de Lapide. Sequuntur recepte in presenti receptoria

In primis recepit ab antiquo receptore magistro Galtero de Wervia xxxxj lib. iiij sol., quas diversis vicibus tradidit ei.

Item a magistro Guillermo Scoti ex parte domus nationis pro quinque terminis, quorum ultimus fuit in festo Nativitatis, ij lib. x sol. et ij sol. super termino Pascali.

9. Ludolphus Petri de Campis, 1473 intit. Lovanii (Wils, *Matr. Louvain*, II, 292); 1477 lic. et mag. Art. Paris. (*Auct.* III, 349, 39; 350, 12); eodem anno proc. (*ibid.*, 827).

10. Evrardus Alfardi de Campis [*Kampen*], 1473 intit. Lovanii (Wils, *Matr. Louvain*, II, 292); 1477 lic. et mag. Art. Paris. (*Auct.* III, 349. 41; 350, 14) 1478; proc. (*ibid.*, 827).

11. Recte d. Trajecten.; Petrus Peregrin de Arnhem 1474 intit. Lovanii (Wils, *Matr. Louvain*, II, 310); 1476, Maii 4 Paris. receptus. bacc. Lovanien. (*Auct.* III, 324, 36-48); 1477, Apr. 17, quia non solverat pro gradu lic., « placuit nationi ut.... non inciperet nec aliquis regens eum biretaret » (*ibid.*, 356, 31-33).

Sequuntur nomina licenciatorum[1]

Laudislaus Murray, diocesis Glasguensis, cujus bursa valet xiiij sol., iij lib. x sol.

Bernhardinus Phout, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet quinque sol., j lib. v sol.

Johannes Brecklin, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet sex sol, j lib. x sol.

Michael Brecklin, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet sex sol., j lib. x sol.

Fredericus Sutoris, diocesis Metensis, cujus bursa valet quinque sol., j lib. quinque sol.

Johannes Grymel, diocesis Argentinensis, cujus bursa valet quinque sol., j lib. v sol.

Bertoldus Buren, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet nichil, sex sol.

Valentinus Stroedel, diocesis Naymburgensis, cujus bursa valet octo sol., ij lib.

Leonardus Berneker, diocesis Salseburgensis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Johannes Swick, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet octo sol., ij lib.

Johannes Bueman, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet sex sol., j lib. x sol.

Somma recepte hujus pagine ascendit ad decem et septem libras parisienses cum duodecim denariis parisiensibus.

(Fol. 65 recto) Sequuntur nomina incipiencium[2]

Laudislaus Murray, diocesis Glasguensis, cujus bursa valet xiiij sol., iij lib, x sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Bernardinus Fouch, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet quinque sol., j lib. quinque sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Johannes Swyck, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet viij sol., ij lib.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Johannes Bueman, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet sex sol., j lib. x sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Johannes Brecklin, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet sex sol., j lib. x sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Michael Brecklin, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet sex sol., j lib. x sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Valentinus Stroedel, diocesis Naymburgensis, cujus bursa valet octo sol., ij lib.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Leonardus Berneker, diocesis Salseburgensis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Johannes Grymel, diocesis Argentinensis, cujus bursa valet quinque sol., j lib. v sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Petrus Marquardi, diocesis Halveburgensis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Fredericus Sutoris, diocesis Metensis, cujus bursa valet quinque sol., j lib. quinque sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Somma recepte hujus pagine ascendit ad triginta novem libras cum quindecim solidis parisiensibus.

Somma igitur tocius recepte, facte per me a primo compoto usque ad hanc diem mee deposicionis, ascendit ad septuaginta unam libras, quinque sol. paris.

(Fol. 65 verso) Sequitur misia post primum compotum

Primo pro distribucionibus magistrorum tunc presencium et bedellorum, ij lib. xij sol.

Item magistro Henrico Elephantis, tunc procuratori pro eadem die, j lib. iiij sol.

Item pro refectione sedis procuratoris in loco nacionis, viij den. j tur.

Item pro distribucionibus in vesperis et missa Beate Virginis eisdem magistris, bedellis et aliis servitoribus ecclesie, j lib. quinque sol.

Item pro offertorio, illius diei, j sol. x den.

1. Cf. *Auct.* III, 323, 30-324, 3.

2. Cf. *Auct.* III, 324, 5-16.

Item ludenti in organis in eadem missa, j sol. iiij den. ij tur.

Item in electione [1] magistri Roberti Lock in procuratorem, iiij sol.

Item in continuacione [2] ejusdem procuratoris, iiij sol.

Item pro reparacione epitogii nacionis, j lib. xvj sol.

Item in electione [3] magistri Michaelis Brechlin in procuratorem, iiij sol.

Item pro distribucionibus in vesperis et missa beati Nicolai eisdem magistris, bedellis ac aliis ecclesie servitoribus, j lib. octo sol.

Item pro offertorio ejusdem diei, xxij den.

Item pro reparacione vici Straminis ante *scolas magnas*, primo pro ducentis lapidibus, ij lib. xvj sol.

Item pro vectura eorundem lapidum, v sol. iiij den.

Item quatuor curribus arene, octo sol.

Item pro premio latomorum pro novem taxeris[?], qualibet computata pro quatuor solidis, j lib. xvj sol.

Item eisdem lathomis in forifactione, octo den. j tur.

Item pro plastro et elevacione facta ad pedem pilaris dictarum scolarum, octo den. j tur.

Item domino Goswino pro bursis trium bacalariorum Lovaniensium [4], receptorum, undecim licenciatorum et decem incipiencium supra nominatorum, vij lib. xix sol.

Item Herico bedello pro bursis eorundem, iij lib. xix sol. vj den.

Item eidem Herico pro visitacione arche, loco missarum ebdomadalium, xiij sol. vj den.

Item pro reparacione vici Straminis ante *scolas antiquas* pro centum septuaginta quinque lapidibus, computando centum, ut prius, pro viginti octo solidis parisiensibus, ij lib. xi sol.

Item pro vectura eorundem lapidum, iiij sol. viij den.

Item pro quatuor vehiculis arene, quodlibet computando pro ij solidis, ut prius, octo sol.

Item pro premio latomorum, j lib. iiij sol.

Item pro eductione quatuor vehiculorum immundiciarum ab eodem vico, iiij sol.

Item in continuacione [5] magistri Michaelis Brechlin in procuratorem, iiij sol.

Item pro bursis Frederici Sutoris, diocesis Metensis, qui post illam continuacionem incepit post festum, scilicet Penthecostes, primo domino Goswino bedello, quinque sol.

Item Herico bedello pro bursis ejusdem, ij sol. vj den.

Item domino rectori [6] magistro Johanni de Yrlandia pro dictis undecim incipientibus, j lib. ij sol.

Item in processionibus dicti magistri Johannis de Yrlandia rectoris, sex sol. viij den.

Item in festo Visitacionis Beate Marie Virginis in vesperis et missa pro distribucionibus magistrorum, bedellorum, serviencium in missa et vesperis, preparacione altaris, mundacione, herbis, j lib. viij sol. vj den.

Item pro offertorio in missa ejusdem diei, j sol. viij den.

Item pro organista, j sol. vj den.

(Fol. 66 recto) [7] Item pro reparacione barrarum vici Straminis facta pro procuratore Francie, j lib. sex sol.

Item pro cappa magistri Johannis Asperi [8] rectoris, j lib. ij sol.

Item in festo Assumpcionis Beate Virginis pro distribucionibus magistrorum, bedellli et serviencium in missa et vesperis, presentibus in missa viginti quatuor, j lib. quinque sol.

Item pro offertorio misse ejusdem diei, ij sol. iij den.

Item pro organista qui lusit in vesperis et missa ejusdem diei, j sol. viij den.

Item in electione [9] magistri Johannis Bueman in procuratorem, iiij sol.

Item in festo Nativitatis Beate Virginis pro distribucionibus magistrorum, bedelli et serviencium in missa et vesperis, presentibus xxiiij magistris, j lib. sex sol.

1. 1476, Mar. 9 (*Auct.* III, 321, 8).
2. 1476, prob. Apr. (nihil in *Libro proc.*).
3. 1476, Maii 4 (*ibid.*, 324, 31).
4. Sc. Ludolphus de Campis, Everardus de Campis, Petrus Peregrini.
5. 1476, Jun. 1 (*ibid.*, 326, 6).
6. Johannes de Irlandia, 1476, Mar. 25 rector (*ibid.*, 321, 29; Bulaeus V, 923).
7. Fol. 66 verso vacuum est.
8. Johannes Asperi, mag. Art., nat. Franciae (*Auct.* III, 386, 29-33); 1476 Jun. 23 rector (*ibid.*, 328, 5; *Auct.* IV, 8, 22, ubi Jun. 22; Bulaeus V, 923), commorans in coll. Calvi (*Auct.* III, 328, 11; Bulaeus V, 923); 1478, Apr. 3 lector *Ethicarum*, bacc. Theol. (*Auct.* III, 386, 33; *Auct.* IV, 117, 24), 1479, Dec. 11 (*ibid.*, 220-221); 1480, Mar. 28 lic. Theol., Nov. 26 mag. *(BN ms. lat. 5657 A*, fol. 26 recto).

1484, Sept. 12, presbyter d. Corisopiten., olim in Univ. Paris. in Theol. actu regens, dispensatur ad incompatibilia (*Auct.* III, 327, n. 1); principalis coll. Cornubien., obiit ca. 1497 (Molinier, *Obituaires*, I, 758).

9. 1476, Aug. 26 (*Auct.* III, 329, 35).

Item pro offertorio in missa ejusdem diei, ij sol. ij den.

Item pro organista qui lusit in vesperis et missa, j sol. viij den.

Item pro novem ulnis panni linei ad duo superplicia facienda, j lib. xvj sol.

Item pro factura illorum duorum superpliciorum, xij sol.

Item pro una dimidia libra gariofolorum, ix sol.

Item pro salario meo racione recepte, iiij libras par.

Somma misie istius pagine et precedentis ascendit ad quadraginta septem libras paris. decem sol. undecim den. paris.

Comparata misia ad receptam et defalcata resta debita magistro receptori ex antiquo compoto, recepta excedit misiam in vinginti duabus libris parisiensibus cum duobus den. turonensibus, quas ego tunc in promptu tradidi et persolvi domino receptori hoc die electo, magistro Mathie Colbe, in presencia nacionis tunc solemniter congregate, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, mensis Septembris, die vicesima, que fuit vigilia beati Mathie, et sic eadem nacio me penitus quitavit et fidejussorem meum Guillermum Berault [1] a fidejussione pro me facta similiter quitavit, liberavit et absolvit, teste signeto procuratoris.

Ita est. J[OHANNES] B[UMANN]
[*sign. man.*]

[1476, SEPT. 20—1477, SEPT. 20

Receptoria magistri Mathiae Kolbe, d. Poznaniensis]

(Fol. 67 recto) **.1476. Mathias Kolbe**

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, in vigilia Mathei apostoli et evangeliste, congregata fuit veneranda Alemanorum natio super novi receptoris electione. Et electus fuit magister Mathias Kolbe, diocesis Posznaniensis, de Svebissen, ex ducatu Slesie ortus, qui fecit misias et recepit que infra scribuntur.

In primis, pro distribucionibus compoti domini antiqui receptoris, magistris et bedellis, iij lib. ij sol.

Item procuratori pro eadem die pro jure consueto et distribucionibus, j lib. iiij sol.

Item in electione [2] magistri Richardi in procuratorem, iiij sol.

Item in prandio pro receptione dominorum ex parte quarundam bursarum [3], xxxvij sol. iiij den.

1. Apothecarius in vico S. Jacobi; 1489 nuntius Anglicorum (*ibid.*, 709, 32).

2. Sc. Richardus Murhed, 1476, Sept. 23 (*Auct.* III, 331, 35).

3. Collegio Sorbonae et Universitati Parisien. tres bursas singulas 6 annos valentes atque alias universitati Colonien. legavit 1452, Sept. 23/26 mag. Johannes de Hueven [*Hoeven*] (vide *supra* 18, n. 7), qui 1455, Aug. 27 testamento suo addidit universitatibus incumbere sumptus ad bursariorum inquisitionem et alia necessarios; bursarii Parisienses, Sorbonae commoraturi, de Johannis cognatis, deinde de civibus Arnhemien. vel ducatus Gelriae eligendi erant (*Reg. Univ. Colon. 32* [*63 a. 7. 3**], fol. 25 r. -31 r; KEUSSEN, *Regesten und Auszüge zur Geschichte der Universität Köln 1388-1559*, Köln, 1918, no. 1044, p. 129), ideoque omnia quae ad eos pertinebant nationi Alem. curae erant.

Johanne 1455, Aug. 28 mortuo, executores, scilicet Th. de Dyck, lic. Decr., can. Leodien., et Johannes Begants, dr. Decr., can. S. Pauli Leodien., de testamento statim egerunt (*ibid.*, no. 1092, p. 137).

1457 rector Universitatis Paris. a villa Arnhem. nomina trium bursariorum petivit (KEUSSEN, *Die alte Universität Köln*, 367), de quibus litteris probabiliter agitur 1458, Feb., ubi natio « pro quodam cursore dicto Petrus Hoeck, ferente quasdam literas ad opidum de Arnhem in ducatu Gelrie vj sol. » solvit (vide *supra*, 299, 21-23).

1460, Oct. 4 executoribus quibusdam illius testamenti Parisius commorantibus, magistri Sorbonae, de modo bursariorum recipiendorum diu deliberantes, rem ad finem non duxerunt, atque testamenti executores discesserunt (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 43 verso).

1462, Nov. 29 executores collegio Sorb. tres bursarios praesentaverunt, sc. mag. Art. Paulum de Cimiterio, mag. Art. Johannem Riet (vide *supra*, 333, 7, n. 2), et studentem Arnoldum Michaelis (de quo vide *supra*, 362, 18, n. 14; KEUSSEN, *Regesten Köln*, no. 1310, p. 167; *Reg. Univ. 32* [*63*], fol. 32 r.-v.); 1463, Jun. 13 ad supplicationem « quorumdam magistrorum de natione Alemanie » Johannes Chenart, prior Sorbonae, respondit « secundum formam conclusionis quod... non habebam plenam potestatem et ita neque eum refutabam neque admittebam » (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 48 recto; cf. KEUSSEN, *Regesten Köln*, no. 1326, p. 169).

1476, Sept. 26 nationi placuit legatos « pro bursariis in famosissimo collegio Cerbonie instituendis recipere » et « celebrare dictis legatis prandium honestum sumptibus nacionis » (*Auct.* III, 332, 1-11).

1476-1482 natio litteras executoribus et legatos ad bursas recipiendas collegio Sorb. pluries mittebat (cf. *Auct.* III, 332, 1-9, 21-28; 357, 15-28; 406, 29-33, 35-407, 6; 413, 21-24; 487, 46-488, 4; 490, 31-35; 491, 30-34; 500, 44-501, 4; 503, 12-19), de quibus rebus *Acta Priorum* nihil habent; denique 1483, Aug. 18, in prioratu Johannis de Monte collegio placuit «... Quod erat bonum rescribere exsecutoribus fundatoris dictorum bursariorum quod, si mitterent pecunias pro expensis duorum vel trium sociorum, quod deputarentur aliqui ad eundem supra [.....?] » (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 89 verso).

1485, Jun. 14 Innocentius VIII papa fundationem Johannis de Hueven ab universitate Paris. in univ. Colonien. transtulit (KEUSSEN, *Regesten Köln*, no. 1808, p. 243), auctore mag. Arnoldi Bragman de Kalkar, consiliario domini Clivensis, de quo in matricula univ. Colonien. dicitur « ...qui fideliter laboravit pro universitate nostra, ... in causa bulle trium studentum facultatis theol. » (KEUSSEN, *Matr. Köln*, II, 183; cf. A. J. VAN DE VEN, « Een Arnhemsche Stu-

Item pro expedicione cujusdam instrumenti publici, continentis predictas bursas, xij sol.

Item in processionibus domini rectoris magistri Johannis Asperis pro distribucionibus magistrorum et bedellorum, vj sol. vij tur.

Item in continuacione [1] magistri Richardi in procuratorem, iiij sol.

Item pro cappa domini rectoris magistri Jacobi Baclir [2], j lib. ij sol.

Item ij undenos pro mundacione ornamentorum in quibus reponitur calix.

Item in missa Universitatis in crastino Omnium Sanctorum pro distribucionibus, vij sol. cum uno alb.

Item in die sancti Martini [3] in vigiliis Sorbonicis, viij sol. viij den. ij tur.

Item in missa die sequenti, viij sol. viij den. ij tur.

Item in electione [4] magistri Ladislai in procuratorem, iiij sol.

Item in receptione fidejussoris [5] receptoris, ij sol. iij tur.

Item pro preparacione altaris in festo nacionis, ij undenos.

Item pro mundacione ecclesie, iij alb.

Item pro mundacione candelabrorum, j undenum.

Item pro pilleo seu crinili sancti Eadmundi, j undenum.

Item pro straminibus, iij undenos.

Item pro prandio domini curati qui eadem die missam celebravit, xvj sol.

Item pro cantoribus qui in festo nacionis officium cecinerunt, j lib. ij sol.

Item pro servientibus in vesperis et in missa, vij sol.

Summa hujus pagine : xij lib. xv sol. iiij den. iiij tur.

(Fol. 67 verso) Item pro offertorio in missa nationis, ij sol. et ij alb.

Item pro organista in vesperis et missa, ij sol. iiij tur.

Item pro distribucionibus et prandio magistrorum et bedellorum in festo sancti Eadmundi, vj lib. x sol. iij tur.

Item pro distribucionibus magistrorum et bedellorum in introitu regis Portugallie [6], iiij sol. vj tur.

Item pro distribucionibus magistrorum et bedellorum in vesperis et missa sancte Katherine, j lib. ij sol. j alb.

Item pro distribucionibus servientium et pro offertorio misse ejusdem festi, vj sol. ij den.

Item in crastino Katherine in missa Universitatis pro distribucionibus, vj sol. et ix tur.

Item pro distribucionibus cappatorum in visitacione [7] regis Portugallie, v sol. ix tur.

Item in processionibus domini rectoris magistri Jacobi Baclir, vj sol. ij alb.

Item in crastino sancti Andree in vigiliis et missa pro defunctis pro distribucionibus magistrorum, j lib. ij sol.

Item pro servientibus et pro offertorio in eodem die, v sol. vj den.

Item pro distribucionibus magistrorum et bedellorum in festo sancti Nicolai, j lib. iij sol.

Item pro servientibus in eodem festo et pro offertorio, vj sol. ij tur.

Item crastino beati Nicolai in missa Universitatis, ix sol. viij tur.

diebeurs », *Bijdragen en Mededeelingen*, Gelre. Vereeniging Tot Beoefening van Geldersche Geschiedenis, Oudheidkunde en Recht, 30 [1927], 39-60).

Natio, 1486, Aug. 5, comperto a nuntio d. Trajecten. translationem bursarum factam (*Auct.* III, 612, 34-42), eas recuperare sex annos frustra conabatur (*ibid.*, 613, 3-8; 619-620; 658, 26-28; 659, 3-17; 702, 14-32; 707, 16-24; 722, 35-38, 41-46; 733, 45-734, 2; 811, 31-36, 40-812, 4); 1492, Nov. 22 « placuit nationi ut illi qui essent propinquiores bursarum, ut ipsi sollicitarent pro eis recuperandis, nam non voluit quod hoc deberet fieri expensis nationis, sed voluit bene dare adjunctionem [et] favorem ut illi suis expensis sollicitarent. » (*ibid.*, 814, 14-33); cf. A. L. Gabriel, « The Foundation of Johannes Hueven de Arnhem for the Sorbonne (1452) », *Middle Ages - Reformation-Volkskunde, Festschrift for John G. Kunstmann*, Chapel Hill, 1959, 83-94.

1. Sc. Richardus Murhed, 1476, Oct. 21 (*Auct.* III, 334, 8).

2. Jacobus Bacquelier (Bacler), mag. Art., 1462, Jun. 10 receptus ad hospitalitatem Sorbonae, Jun. 18 socius (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 46 verso); 1473 Mar. 25 librarius Sorbonae (*ibid.*, fol. 65 verso; Franklin, *La Sorbonne*, 203); 1475, ca. Oct. 1 receptor nat. Picardiae (*Auct.* IV, elencho recept.); 1476, Feb. 5 lic. Theol. (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 25 verso).

Oct. 2 a natione donum gratuitum supplicavit « quia in brevi erat magistrandus in Theologia » (*Auct.* IV, 16, 10-14), sed mag. in elencho *BN ms. lat. 5657 A* non constat; Oct. 10 rector (*Auct.* III, 333, 26; *Auct.* IV, 19, 23; Bulaeus V, 723, 923, ubi « Batellier »); Dec. 31 examinator superioris examinis pro d. Morinen. (*Auct.* IV, 40, 2); 1477, Oct. 10 mag. regens (*ibid.*, 81, 5).

3. Nov. 11.

4. Sc. Ladislaus Murray, 1476, Nov. 21 (*Auct.* III, 336, 10).

5. 1476, Nov. 21, Alpo, apothecarius « prope Sanctum Yvonem in vico Beati Jacobi » commorans, qui se in summa 200 lib. obligavit (*ibid.*, 336, 13-23).

6. Alphonsum V, natum 1432, regem Portugalliae ab 1438, regem Castiliae ab 1475, mortuum 1481, Aug. 28 (Chevalier, *Bio-Bibliogr.* I, 168), Nov. 23 accipere nationi placuit (*Auct.* III, 336-337), auxilium regis Franciae petentem (*ibid.*, 336, n. 4). Vide etiam narrationem Ambrosii de Cameraco, decani fac. Decr., in *Mém Fac. Déc.* II, 316-321 et *Journal de Jean de Roye*, II, 25-29.

7. Ubi Johannes Eschart, mag. Theol. proposuit, electus in proponentem Nov. 29 (*Auct.* III, 338, 22-24).

Item pro distribucionibus magistrorum et bedellorum in festo Conceptionis, j lib. ij sol. v den.

Item pro servientibus in eodem festo et pro offertorio, vj sol.

Item in continuacione[1] in procuratorem magistri Ladislai, iiij sol.

Item pro cappa domini rectoris magistri Johannis Gambir[2], j lib. ij sol.

Item in electione[3] magistri Michealis de Polonia in procuratorem, iiij sol.

Item pro distribucionibus magistrorum et bedellorum in festo Purificacionis, j lib. iij sol. xij tur.

Item pro servientibus in eodem festo et pro offertorio, vij sol. minus ob.

Item in crastino Purificacionis in missa Universitatis, ix sol. iiij den. iij tur.

Item pro digentaculo dominorum temptatorum procuratoris et bedellorum, ix sol. j tur.

Item pro cereiis et tedis, tam in festo Alemannorum quam Purificacionis, vj lib. ix sol. ij den cum tur.

Summa hujus pagine : xxiiij lib. v sol. x deni. j tur.

(Fol. 68 recto) Item in continuacione[4] magistri Michaelis de Polonia in procuratorem, iiij sol.

Item pro ingrossacione instrumenti de fidejussione receptoris, iij undenos.

Item domino Gosvino pro bursis baccalariorum istius anni, vj lib. vij sol.

Item Erico minori bedello pro bursis eorundem baccalariorum, iij lib. iij sol. vj den.

Item eidem Erico pro missis ebdomadalibus, loco quarum visitat archam, xiij sol. vj den.

Item pitanciario Sancte Genovefe et domino priori pro fundo scholarum, ut patet per ejus quitanciam, j lib. xvij sol. vj den.

Item mihi receptori pro salario primi termi[ni] transacti, iiij lib.

Summa hujus pagine : xvj lib. vij sol. vj den. iij tur.

Ego frater Guido des Bruyeres, pictanciarius Sancte Genovefe in Monte Parisiensi, fateor recepisse a venerabili magistro Mathia Kolbe, receptore venerande nationis Almanie, summam viginti duorum solidorum paris. cum sex den. de fundo terre pro anno uno, finito in die sancti Remigii ultimate transacto anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, quam quidem summam dicta natio debet annuatim predicte ecclesie ratione fundi terre scolarum situatarum in vico Straminis Parisius. Item recepi pro domino priore nostri conventus quindecim sol. paris. sibi debitos ratione predictarum scolarum Anglie, alias Almanie, quolibet anno. De quibus quidem summis predictum receptorem et nationem quitto et acquittare coram quibuscumque promitto. Teste signo meo manuali hic apposito, anno predicto et die vicesima sexta mensis Februarii.

G[UIDO] DES BRUIERES
[*sign. man.*]

(Fol. 68 verso) Sequitur recepta a tempore electionis usque ad presentem diem, que est prima Marcii.

Item primo recepi a domino antiquo receptore magistro Jacobo de Rupe xxij lib. ij tur.

Sequuntur nomina baccalariorum istius anni a quibus recepi ea que sequuntur[5]

Michael de Nesselroed, diocesis Coloniensis, cujus bursa valet ix sol., iiij lib. xv sol.

Nicolaus de Ossenberch, diocesis Coloniensis, cujus bursa valet vij sol., ij lib. xv sol.

1. Sc. Ladislaus Murray, 1476, Dec. 16 (*ibid.*, 342, 23).

2. Johannes Gambier, mag. Art., bacc. Theol., Norm., 1476, Dec. 16 rector (*Auct.* IV, 35, 46; *Auct.* III, 342, 39; BULAEUS V, 725; 923), commorans in coll. Lexovien. (*Auct.* IV, 36, 41; *Auct.* III, 343, 8); 1476, Feb. socius Sorbonae (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 69 recto); 1480, Mar. 28 lic. Theol., Jun 27 mag. (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 26 recto).
1500, in rotulo nom. fac. Art. «... in Art. et Theol. mag. regens se nominat ad collationem etc. abbatis et conventus de Cultura ordinis Sancti Benedicti dioc. Cenomanen.; idem ad collationem abbatis et conventus de Becco Heloino, dicti ord., dioc. Rothomagen.» (*Bibl. Univ. Arch. de la Sorbonne, Reg. 60 (50)*, fol. 120 recto).

3. 1477, Jan. 12 (*Auct.* III, 344, 42).

4. 1477, verisimiliter Feb. (in *Libro proc.* nihil de hac cont. legitur).

5. Cf. *Auct.* III, 347, 28-348, 36.

Petrus Johannis [1], diocesis Upsalensis, cujus bursa valet iiij sol., ij lib. x sol.

Jacobus Werdenfels [2], diocesis Curiensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Jorgius Tischinger, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet nichil, j lib. sex sol.

Theodoricus de Vianen [3], diocesis Trajectensis, cujus bursa valet sex sol., iij lib. x sol.

Hioannes Herer [4], diocesis Augustensis, cujus bursa valet v sol., ij lib. xv sol.

Conradus Sommenart [5], diocesis Herbipolensis, cujus bursa valet v sol., ij lib. xv sol.

Leonardus Franck, diocesis Nawburgensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Georgius Marci, diocesis Brandburgensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Johannes Nicolai, diocesis Havelburgensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Nicolaus Knorken, diocesis Havelburgensis, cujus bursa valet iiij sol., ij lib. x sol.

Johannes Hermanni Czegenhain, diocesis Maguntinensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Hermannus Melbrech [6], diocesis Sverinensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Leonardus Michael, diocesis Vratislaviensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Arnoldus Gerardi, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Paulus Vedeman, diocesis Stolponensis [7], cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Gerardus de Beeck, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet v sol., ij lib. xv sol.

Laurencius Purdi, diocesis Aburdonensis, cujus bursa valet iiij sol., ij lib. x sol.

Reinerus Harderwijc [8], diocesis Trajectensis, cujus bursa valet vj sol., iij lib. x sol.

Ruricus Harderwijc, [9] diocesis Trajectensis, cujus bursa valet vj sol., iij lib. x sol.

Almericus Vigant, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Ingolphus Olavi [10], diocesis Upsalensis, cujus bursa valet iiij sol., ij lib. x sol.

Johannes Fabri, diocesis Metensis, iiij sol. solvit, ij lib. x sol.

1. Petrus Johannis [Galle], intit. Rostock, 1476 Maii (Hofmeister, *Matr. Rostock*, I, 197 a); lic. et mag. Art. Paris. 1478 (*Auct.* III, 387, 45; 391, 34).

1485 in Univ. Upsalen., ubi composuit commentaria in « *Librum praed. Porphyrii* » et super « *Libros periarmenias* » [De interpretatione] (C. Annerstedt, *Upsala Universitets Historia, f. d. 1477-1654*, Upsala, [1877], p. 33, n. 5); receptus ad Sententias legendas Univ. Leipzig, 1498 (Erler, *Matr. Leipzig* II, 16) sicut canonicus Upsalensis.

Incorporatus Univ. Siennen. 1500 (*Bibl. Commun. Siena, Mscr. A. XI.* 1. fol. 43 verso; E. Nygren, « Ericus Olais och andra svenskars studiebesök i Siena, » *Kyrkohistorisk Årsskrift*, 19 [1918], 120; 125); 1504 cantor Eccl. Upsalen., postea scholasticus.

Fidelissimus Papae, remotus Strängnäs ubi canonicatum obtinuit. Ca. 1537 fere octogenarius obiit (G. Carlsson, « Paris-Uppsala, Ett stycke tidig svensk universitetshistoria, » *Kyrkohistorisk Årsskrift.* 55 (1955), 235-236; 238).

2. Jacobus Werdenfuss de Wesen [*Weesen*], 1471/72 intit. Basiliae (Wackernagel, *Matr. Basel*, I, 106; vide etiam Vasella, *Bildungsverhältnisse*, no. 172, p. 140).

3. Theodericus Aernoldi de Vianne [*Vianen*] (*Auct.* III, 347, 42). Theodoricus Groel vel Crol in lic. et mag. 1478 (*ibid.*, 387, 38; 388. 38; vide *infra*, 554, 1, 22).

4. Johannes quidam Herer de Gamundia [*Gemünden*], intit, Heidelberg. 1468, bacc. 1470 (Toepke, *Matr. Heidelberg*, I, 323),

5. Conradus Summenhart, de Calw, d. Spiren., 1472 intit. Heidelberg., 1473 bacc. Art. via ant. (*ibid.*, I, 337); 1478 lic. et mag. Art. Paris. (*Auct.* III, 387, 33; 388, 9); 1478, Sept. 6 receptus in fac. Art. univ. Tubingen.; 1484, Jan. 27 cursor fac. Theol.; 1485, Feb. 8, sententiarius; 1489 Oct. 12 lic. Theol., Oct. 13 mag.; 1484, 1491. 1496/97, 1500 rector; 1487/88 decanus fac. Art.; obiit 1502, Oct. 20 (Hermelink, *Matr. Tübingen*, I, 21; Hermelink, *Theol. Fakultät Tübingen*, 195; J. Haller, *Die Anfänge der Universität Tübingen 1477-1537*, Stuttgart, 1927, 172).

Inter opera ejus : « Tractatus bipartitus de decimis », « Septipertitum opus de contractibus pro foro conscientiae », « Commentaria in Summam physice Alberti Magni » (Hermelink, *Theol. Fakultät Tübingen*, 157-162; Haller, *op. cit.* 173-187).

6. Hermannus Melbrech de Teterow, d. Zwerinen., 1474 intit. Rostock (Hofmeister, *Matr. Rostock*, I, 188); 1478 lic. et mag. Art. Paris. (*Auct.* III, 387, 41; (vide *infra*, 553, 37; 554, 28); 1478/79 receptus ad fac. Rostoccen. (Hofmeister, *op. cit.* I, 211); 1480, Oct. 1 intit. Greifswald, cler. Zwerinen. (Friedlaender, *Matr. Greifswald*, I, 76); in libro decan. legitur : « ... receptus fuit ... a quo ordinacionem in modo doctrinandi suspecimus, ... qui eciam libros suos, quos Parisius pro baccalariatu et magisterio collegerat, nobis communicavit » (*ibid.*, 78); decanus fac. Art. 1482 et 1483 (*ibid.*, 82; 87).

7. I. e. d. Misnen.

8. Reynerus Breven de Harderwick [*Harderwijk*], 1478 lic. Art. (*Auct.* III, 387, 37); 1479 mag. (*ibid.*, 408, 17); eodem anno proc. (*ibid.*, 827).

9. Ruricus Wolfhardi Kenneken de Harderwick [*Harderwijk*], 1478 lic. et mag. Art. (*ibid.*, 387, 36; 388, 11); eodem anno subst. proc. (*ibid.*, 827); 1481 proc. (*ibid.*, 828); 1481 Nov. 24, socius Sorbonae (*BN ms. lat.* 5494 *A* fol. 82 verso; *BN ms. lat. 16070* p. 150, ubi perperam Anricus); 1482 receptor (*Auct.* III, 832).

10. Ingolphus Olavi, 1478 lic. et mag. Art. (*ibid.*, 388, 1; vide *infra*, 553, 43; 554, 17); eodem anno proc. (*Auct.* III, 827).

1490 intit. univ. Greifswald. secundum opinionem L. Sjödin, (« Gustav Vasas barndoms-och ungdomstid », *Historiska Studier tillägnade Sven Tunberg den 1 Februari 1942*, Uppsala, 1942, p. 259; sed cf. Friedlaender, *Mat. Univ. Greifswald*, I, 112, ubi agitur solum de quodam « Golphus » d. Uppsal.).

Postea in Univ. Upsalen.; decanus capituli, obiit 1523 (G. Carlsson, *Paris-Uppsala*, p. 235).

Guillermus Schildin, diocesis Sancti Andree, cujus bursa valet iiij sol., ij lib. x sol.

Johannes Bracht [1], diocesis Leodiensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol. [2]

Johannes Sluter [3], diocesis Trajectensis, cujus bursa valet vj sol., iij lib. x sol.

Summa totalis recepte est octuaginta trium librarum et septem solidorum et duorum thuronorum.

(Fol. 69 recto) Recepta comparata ad miseam, recepta excedit miseam in summa viginti et novem librarum paris. xvij solidorum et xiij tur.

Magister Michael [Thuarog].
procurator, confirmo quod ita est.
[*sign. man.*]

Sequitur recepta post primum compotum

Sequuntur nomina licenciatorum [4]

Ludolphus de Campis, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet ix sol., ij lib. v sol.

Ge[r]ardus [5] de Campis, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet ix sol., ij lib. v sol.

Burcardus Weczel, diocesis Erbipolensis, cujus bursa valet v sol., j lib. v sol.

Laurencius Dorn, diocesis Vratislaviensis, cujus bursa valet nichil, vj sol. [6]

Alexius Yrmeler, diocesis Coriensis, cujus bursa valet vj sol., j lib. x sol.

Jacobus Incii de Colonia, diocesis Coloniensis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Patricius Jonson, diocesis Glascoensis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Johannes Schutter, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet v sol., j lib. v sol.

Sequuntur nomina incipiencium [7]

Burcardus Weczel, diocesis Erbipolensis, cujus bursa valet v sol., j lib. v sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Ludolphus de Campis, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet ix sol., ij lib. v sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Ge[r]ardus de Campis, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet ix sol., ij lib. v sol.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Alexius Yrmeler, diocesis Coriensis, cujus bursa valet vj sol., j lib. x sol.

Item pro jocundo adventu et cappa domini rectoris, ij lib.

Johannes Schutter, diocesis Constanciensis, cujus bursa valet quinque sol., j lib. v sol.

Item pro jocundo adventu et cappa domini rectoris, ij lib.

Sequitur nomen unius baccalarii recepti

Dominus Petrus Kistiler [8], prepositus in Czofingin, diocesis Constanciencis, cujus bursa xx sol., x lib. paris. et x sol.

(Fol. 69 verso) Sequitur misia facta post primum compotum

Primo pro distribucionibus magistrorum et bedellorum racione compoti, iiij lib. viij sol.

Item magistro Michaeli de Polonia, tunc procuratori, pro eadem die, j lib. iiij sol.

Item in electione [9] magistri Johannis Neuman in procuratorem, iiij sol.

1. Johannes Bracht, de Moirsen (*Auct.* III, 517, 23), 1478 lic. et mag. Art. (*ibid.*, 387, 40; 392, 35); 1480 proc. (*ibid.*, 828); 1486, Apr. 16 canon. vocatur (*ibid.*, 607, 18).

2. Marg. sinist. : « Nacio dedit sibi terminum solucionis » (vide *infra*, 558, 14).

3. Lic. et mag. « Johannes de Arnhem » in *Libro proc.* vocatur (*Auct.* III, 387, 43; 388, 40).

4. Cf. *Auct.* III, 349, 36-350, 6.

5. Recte Evrardus.

6. Verbis « valet nichil vj sol. » cancellatis, verba « quatuor solidos, solvit post duos annos » suprascripta sunt (vide *infra*, 563, 3-5).

7. Cf. *Auct.* III, 350, 8-19.

8. Petrus Kistler de Berna [*Bern*], 1470 intit. Basiliae; 1472 bacc. via ant. ibid. (Wackernagel, *Matr. Basel*, I, 84); 1474 pastor in Ins, d. Lausanen. (*ibid.*, annot.); 1478 lic. et mag. Art. Paris. (*Auct.* III, 387, 31; 388, 7); eodem anno proc., praepositus de Zofingen (*ibid.*, 401, 33-35; 827).

Apr. [23] hospes receptus in coll. Sorbonae (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 74 recto); Johannes Scriptoris claves librariae pro eo habuit 1478-1479, Apr. 5 (*Bibl. Mazar. 3323*, fol. 118 recto); 1484 custos, 1487 decanus eccl. cathedralis S. Vincentii Bernen., 1492 obiit (Wackernagel, *loc. cit.*, annot.).

9. 1477, Mar. 10 (*Auct.* III, 349, 7).

Item in processionibus domini rectoris magistri Johannis Gambier, vj sol. et novem tur.

Item domino Gosvino pro licenciatis septem, et incipientibus 4^{or}, iij lib. x sol.

Item Roberto [1] minori bedello pro eisdem licenciatis et incipientibus, j lib. xv sol.

Item in festo Annunciacionis pro distribucionibus magistrorum et bedellorum, j lib. j sol.

Item pro servientibus et offertorio, vj sol. ij tur.

Item Erico quondam nostro minori bedello in primo compoto ex conclusione magistrorum dedi iij undenos.

Item dim[i]duum francum pro registro papireo [2] domini procuratoris nostre nacionis, j tur.

Item magistro Allexandro Scoto [3] pro sublevacione sue infirmatatis, pro dono gratuito, iij francos.

Item in electione [4] magistri Valentini in procuratorem, quia nihil dedi in continuacione [5] magistri Johannis Newmani, placuit nacioni ut darem dimidium francum.

In festo translacionis beati Nicolai pro distribucionibus magistrorum et bedellorum, xxij sol. vj den.

Item pro servientibus et offertorio in eadem missa, vj sol. ij tur.

Item pro cappa domini rectoris magistri Nicolai de la Harmant [6], pro 4^{or} incipientibus, viij sol.

Item in continuatione [7] magistri Valentini Strodel in procuratorem, iiij sol.

Item in processionibus domini rectoris magistri Nicolai de la Harmant, vij sol. iiij den.

Item domino Gosvino pro uno licenciato et incipiente, videlicet Schutter, x sol.

Item Roberto minori bedello pro eodem ex parte licencie et incepcionis, v sol.

Item festo Visitacionis Beate Marie in vesperis et missa pro distribucionibus magistrorum et bedellorum, j lib. ij sol. vj [den.?]

Item dedi a post magistro Nicolao Harmant, tunc rectori, pro Schutter ex parte cappe, ij sol.

Item pro servientibus et offertorio in eodem festo Visitacionis, v sol. iiij den. ij [tur.]

Item doctori Reinero [8] pro distribucionibus suis in eodem festo, j undenum.

Item pro cappa domini rectoris magistri Gervasii Muneri [9], x sol.

Item in festo Assumptionis Beate Marie in vesperis et missa pro distribucionibus magistrorum et bedellorum, j lib. vj den.

Item pro servientibus et offertorio in eodem festo, v sol. j den. ij tur.

Item illi qui lusit in organis in vesperis et missa ejusdem festi, ij sol.

Item in electione [10] magistri Ludolphi de Campis in procuratorem, iiij sol.

(Fol. 70 recto) Item in festo Nativitatis Beate Marie Virginis in vesperis et missa pro distribucionibus magistrorum et bedellorum, j lib.

Item pro servientibus in vesperis et missa et pro offertorio, v sol. iiij den. ij tur.

Item domino Gosvino ex parte unius baccalarii recepti, occasione bursarum, j lib.

Item minori bedello ex parte ejusdem baccalarii, x sol.

Item pro salario meo ratione recepte, iiij lib.

Summa totalis misie est xxix lib. paris. xj sol. paris. x den.

Recepta comparata ad misiam, recepta excedit misiam in summa xxxx lib. paris. ij sol. j den.

1. Robertus de Nulli, subbedellus 1477, Jan. 27 (*ibid.*, 346, 2), filius Petri de Nulli, mercatoris Parisien., qui 1476/1477 Jan. 31 in summa 200 lib. Paris. pro filii « virga argenti cæterisque officium ipsius tangentibus » fidejussor (Jourdain, *Index*, no. 1402, p. 298).

2. Hodie Tabul. Univers. Parisien. *Reg. de l'Université no. 8 (10)*, typis mandatum *Auct.* III, 348-820.

3. Decanus nationis, cui 1477, Apr. 17 Johannis Scriptoris supplicatione 3 franci unanimiter concessi sunt (*Auct.* III, 356, 19-28).

4. Sc. Valentinus Strudel, 1477, Maii 5 (*ibid.*, 357, 9).

5. 1477, Apr. 2 (*ibid.*, 354, 14).

6. Nicolaus de la Hermante, nat. Franciae (*ibid.*, 352, 20); 1472 socius Sorb. (*Bibl. Arsenal 1021*, p. 180); 1474, Oct. 1 procurator Sorb. (*ibid., ms. 1228*, fol. 19 recto; *BN ms. lat. 5494 A*, fol. 67 verso); libros per eum accommodatos 1473, Dec. 22-1477, Oct. 13 (*Bibl. Mazar. ms. 3323*, fol. 116 recto); 1477, Mar. 24, bacc. Theol., rector (*Auct.* III, 352, 19; *Auct.* IV, 60, 7; Bulaeus V, 726; 923); « nacione Burgundus et animo, qui ante tres menses ex ordinacione curie Parlamenti fuerat ob sua demerita carceribus in Consiergiaria Palatii per sex septimanas et ultra mancipatus et tunc temporis erat solum sub fidejussoribus relaxatus ad tempus nundum elapsum... » (*Mém. Fac. Déc.* II, 340); de causa incarcerationis vide *ibid.*, 340-342.

1471, Aug. 25 canon. Parisien. et S. Germani Autissiodoren., 1474, Dec. 18 canon. S. Johannis Laudunen. (*Auct.* III, 351, n. 7).

7. 1477, Jun. 2 (*ibid.*, 358, 21).

8. Sc. Reynerus de Hanegreve de Campis.

9. Gervasius Munier, mag. Art., Norm., 1475, Jan. 24 temptator examinis S. Genovefae (*ibid.*, 290, 42-44); 1477, ca. Jul. 6 rector (*ibid.*, 359, 16, n. 1; Bulaeus V, 727, ubi Jun. 16; 923), commorans in coll. Harcuriae (*Auct.* III, 359, 33); 1478, Jan. 27 lic. et 1481, Mar. 29 mag. Theol. *(BN ms. lat. 5657 A*, fol. 26 recto).

10. 1477, Aug. (*Auct.* III, 361, 33, sine die).

Anno[1] Domini millesimo [CC]CC° LXXVII, die XVI, mensis Octobris[2], solvit prefatus receptor Mathias Kolbe xxviiij libras paris. xij sol. paris. j den. paris., de qua quidem summa viginti libre paris. reposite fuerunt in archam nationis. Residuum date summe penes novum receptorem mansit.

Ego Johannes Scriptoris teste propria manu confiteor hiis superius annotatis interfuisse.

Jo[HANNES] SCRIPTORIS
[*sign. man.*]

LU[DOLPHUS DE CAMPIS]
pro tunc procurator [*sign. man.*]

Prefatus Mathias Kolbe, receptor antiquus, satisfecit de summa que restabat, scilicet de decem libris cum dimidia, et sic natio predictum Mathiam Kolbe quitat de totali summa de qua satisfecit anno Domini millesimo CCCC^mo^ LXXVII°, die vero penultima Decembris, in presencia tocius nationis, eodem die apud Sanctum Maturinum convocate. Teste signo manuali domini procuratoris hic apposito. M[AGISTER] Jo[HANNES DE] LEYDIS, pro tunc procurator

[*sign. man.*]

[1477, SEPT. 20 — 1478, SEPT. 19

Receptoria magistri Henrici Elephantis, d. Sancti Andreae]

(Fol. 71 recto). **.1477.**

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, in vigilia beati Mathei apostoli et evangeliste, congregata fuit veneranda Almanorum natio super novi receptoris electione. Et electus fuit magister Henricus Elephantis, dyocesis Sancti Andree, qui fecit misias et recepit que infra scribuntur.

In primis, pro distribucionibus compoti domini antiqui receptoris, magistris et bedellis, iij lib. xij sol.

Item procuratori in eadem die pro jure consueto et distributionibus, j lib. iiij sol.

Item in continuatione[3] ejusdem procuratoris magistri Ludolphi de Campis, iiij sol.

Item in processionibus domini rectoris magistri Gervacii Muneri, septem sol. cum quinque duplicibus.

Item pro clavibus arche nationis, viij sol.

Item custodi ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani unum undenum.

Item pro distributionibus magistrorum et bedellorum tempore quo pecunia reposita fuerat in archa, viij sol. j tur.

Item in electione[4] magistri Martini Delf in procuratorem, iiij sol.

Item de bursis unius incipientis, duobus bedellis, vj sol.

Item pro capa rectoris magistri Johannis Freschew[5], xij sol.

Item in crastino Animarum pro missa Universitatis, ix sol. viij tur.

Item in die sancti Martini in vigiliis Sorbonicis, vj sol. ix tur.

Item die sequenti in missa, ix sol. viij tur.

Item in festo Almanorum, primo pro cantoribus, j lib. ij sol.

Item pro prandio domini curati qui eadem die missam celebravit, xvj sol. ij tur.

Item pro custode ecclesie, ij undenos.

Item pro magistro Rennero[6], j undenum.

Item pro organista, ij sol.

Item pro offertorio, ij sol.

Item pro servitoribus in vesperis et in missa, iij sol. j album.

Item pro distributionibus magistrorum et bedellorum, iiij lib. xviij sol.

Item pro serto beati Edmundi, j undenum.

Item pro straminibus, xij den. ij tur.

Item in festo sancte Katherine pro servientibus in divinis in vesperis et in missa, vij sol. iiij den.

Item pro offertorio, j sol. vj den.

Item pro organista, j sol.

1. Praecedunt verba : « Anno Domini millesimo CCCC° LXXVII°, die XVI mensis Octobris solvit prefatus receptor Mathias Kolbe nacioni xxviiij libras paris. xij sol. paris. j den. paris., de qua summa persoluta nacio fuit et tota pecunia fuit reposita in archam nacionis », de quibus cancellata sunt verba « receptor... reposita ».

2. Terminus solutionis, opponentibus magistris Martino Delph et Henrico Groeningen, 1477, Sept. 20 a natione concessus est (*Auct.* III, 363, 21-26).

3. 1477, Sept. 23 (*Auct.* III, 363, 39).

4. 1477, Oct. 21 (*ibid.*, 367, 5).

5. Johannes Fressu, mag. Art., Norm., 1474, Jan. 28 temptator examinis S. Genovefae (*ibid.*, 259, 2); 1477, Oct. 10 rector (*ibid.*, 366, 7; *Auct.* IV, 79, 23; BULAEUS V, 727; 923), commorans in coll Justitiae (*Auct.* III, 366, 13; *Auct.* IV, 80, 16).

6. Reynerus Hanegreve de Campis.

Item pro magistris et bedellis tam in vesperis quam in missa, xiij sol. x den.

Item pro curato, ij sol.

Item in crastino Katherine in missa Universitatis, viij sol. xij tur.

Item in processionibus domini rectoris magistri Johannis Freschew, vij sol. iiij den.

Item in crastina sancti Andree in missa pro servientibus in divinis, vij sol. iiij den.

Item pro offertorio, xiij den.

Item pro curato, ij sol.

Item pro magistris et bedellis, xiiij sol.

Item in festo beati Nicholai in missa et in vesperis pro servientibus in divinis, vij sol. iiij den.

Item pro offertorio, j sol. vj den.

Item pro curato, ij sol.

Item pro magistris et bedellis, xiij sol. ij den.

Item in crastino Nicholai in missa Universitatis, viij sol. xij tur.

Item pro continuatione[1] magistri Martini Delf in procuratorem, iiij sol.

Item in Conceptione Beate Marie pro servientibus in divinis in vesperis et in missa, vij sol. iiij den.

Item pro offertorio, j sol. vj den.

Item pro curato, ij sol.

Item pro magistris et bedellis, xij sol. vj den.

Item pro capa rectoris magistri Johannis Cordier[2], xij sol.

Item in electione rectoris pro candelis, ix tur.

Item pro electione et continuacione[3] magistri Johannis Ledys in procuratorem, viij sol.

Item a domino Goswino ratione domorum, viij sol.

Summa hujus pagine est : viginti trium librarum parisiensium, quatuordecem sol. paris. sex den. et unius tur.

(Fol. 71 verso) Item apothecario in festo Almanorum pro cereis, xxix sol.

Item in festo Purificationis, primo pro servientibus in divinis in vesperis et in missa, vij sol. iiij den.

Item pro offertorio, ij sol. ix den.

Item pro magistris nostris et procuratore Parlamenti, ij sol. iij tur.

Item pro magistris et bedellis, xv sol.

Item pro cereis in eodem festo, iij lib. x sol.

Item in crastina Purificationis in missa Universitatis, x sol. iiij tur.

Item pro curato in festo Purificationis Beate Marie, ij sol.

Item michi receptori pro salario primi termini transacti, iiij lib.

Item pro candela procuratoris de Castelleto, j sol.

Summa hujus pagine est decem librarum paris. decem et novem sol. quinque den. paris. et duorum tur.

Sequitur recepta a tempore electionis mee usque ad hunc diem

Item primo recepi a domino antiquo receptore xx lib. ij sol. j den.

Sequitur nomen cujusdam incipientis

Patricius Jonson, dyocesis Glasguensis, cujus bursa valet iiij sol., j lib.

Item pro jocundo adventu et cappa rectoris, ij lib.

Sequuntur nomina bacchalariorum istius anni a quibus recepi que infra scribuntur[4]

Johannes Owcheltre, dyocesis Sancti Andree, cujus bursa valet iiij sol., ij lib. x sol.

1. 1477, Nov. 18 (*Auct.* III, 370, 3).

2. Johannes Cordier, Pic., d. Noviomen., « oriundum de prope Peronam in Viromandia » (*Auct.* IV, 15, 19-21); 1472, Jan. 16 temptator examinis S. Genovefae (*Auct.* III, 190, 22), et iterum 1474, Jan. 28 (*ibid.*, 259, 1).

1476, Jan., hospes et socius Sorbonae (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 69 recto); eodem anno claves librariae habuit (*Bibl. Mazar. 3323*, fol. 116 verso); Oct. 1 receptor nat. Picardiae (*Auct.* IV, 15, 19); 1477, Mar. 25 prior Sorbonae (*BN ms. lat. 5494 A*, fol. 72 recto).

Dec. 16, bacc. Theol., rector electus (*Auct.* III, 372, 35-38), Guillelmo Boutier eodem die ab aliis intrantibus rectore electo (*ibid.*, 373, 9-19), 1478, Jan. 5 post judicium curiae Parlamenti (Bulaeus V, 728) et Universitatis rector evasit (*Auct.* III, 375-376; *Auct.* IV, 97, 42-45); 1480, Mar. 28 lic. Theol., Jun. 5 mag. (*BN ms. lat. 5657 A*, fol. 26 recto); 1499, Jun. 22 rector secundum « Domus et societatis Sorbonicae historia » (*Bibl. Arsenal, ms. 1021*, p. 183).

3. 1477, Dec. 16 electus (*Auct.* III, 371, 3), 1478, Jan. 13 continuatus (*ibid.*, 376, 44).

4. Cf. *Auct.* III, 380, 36-381, 20.

Michael Sillier, dyocesis Misnensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Martinus Sigg, dyocesis Constanciensis, cujus bursa valet quinque sol., ij lib. xv sol.

Johannes Hikman [1], diocesis Misnensis, cujus bursa valet iiij sol., ij lib. x sol.

Symon Doelman [2], diocesis Trajectensis, cujus bursa valet iiij sol., ij lib. x sol.

Cornelius Martini de Gouda, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Symon Doleatoris [3], diocesis Wormenensis, cujus bursa valet iiij sol., ij lib. x sol.

Henricus Quade, diocesis Leodiensis [4], cujus bursa valet v sol., ij lib xv sol.

Johannes de Campis [5], diocesis Trajectensis, cujus bursa valet v sol., ij lib. xv sol.

Johannes de Bommel [6], diocesis Trajectensis, cujus bursa valet v sol., ij lib. xv sol.

Ghysbertus de Bommel, diocesis Trajectensis. cujus bursa valet v sol., ij lib. xv sol.

Guillermus de Alfen, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet vij sol., iij lib. xv sol.

Absolon de Almaria, diocesis Trajectensis, cujus bursa valet nichil, j lib. vj sol.

Johannes de Lira [7], dyocesis Trajectensis, cujus bursa valet x sol., v lib. x sol.

Summa recepte est sexaginta librarum et unius den. paris.

Recepta comparata ad misiam, recepta excedit misiam in summa viginti quinque librarum, sex solidorum paris. et trium tur.

M[AGISTER] Jo[HANNES] DE LEYDIS,
pro tunc procurator
[*sign. man.*]

(Fol. 72 recto) Ego frater Guido des Bruyres, pitanciarius Sancte Genovefe, fateor recepisse a venerabili et discreto viro magistro Henrico Elephantis, receptore venerabilis nationis Almanie, summam viginti duorum sol. paris. cum sex den., occasione fundi terre scolarum ejusdem nationis pertinentium situarum in vico Straminis. Item recepi quindecim sol. paris. de reditu pertinentes priori dicte ecclesie, que quidem summa est pro uno anno, finito in festo sancti Remigii ultimate transacti. De qua quidem summa quitto dictum dominum receptorem et omnes alios ac eciam de omni tempore preterito. Teste meo signo manuali hic apposito, die XIIII[a] mensis Februarii, anno Domini M° quadringentesimo septuagesimo septimo.

G[UIDO] DES BRUIERES
[*sign. man.*]

Anno Domini M° CCCC° LXXVIII°, die vicesima quarta mensis Aprilis, magister Henricus Elephantis, receptor venerande nationis Almanie, posuit in archa nationis summam viginti librarum paris. cum uno turono.

Magister H[ENRICUS DE] G[RCNINGHEN],
pro tunc procurator.
Ita est.
[*sign. man.*]

(Fol. 72 verso) Sequitur misia facta post primum compotum [8]

Primo pro distribucionibus magistrorum et bedellorum ratione compoti, iij lib. xvj sol. par.

Item eodem die procuratori pro jure consueto, j lib. iiij sol. par.

Item pro electione [9] magistri Burcardi Vegel in procuratorem, iiij sol. par.

Item in taxatione bursarum pro temtatoribus, 4[or] undenos.

1. Probabiliter Johannes Higmann de Görlitz, 1489, Jun. 26 nuntius d. Pragen. (*Auct*, III, 707, 4-8); non est Johannes Higman, typographus ille qui Trajecto oriundus est (HAEBLER, *Die deutschen Buchdrucker*, 184; CLAUDIN, *Liste chron. des imprimeurs*, n° 16, p. 11).

2. Simon Doelman de Delft, 1479 lic. et mag. Art. (*Auct.* III, 415, 26, 47); 1480 et 1482 proc. (*ibid.*, 827; 828).

3. Simon Doleatoris « de Allensteyn, d. Warmien., ex regno Prusie oriundus » (vide *infra*, 710, 18-19), 1480 lic. et mag. Art. (*Auct.* III, 441, 13; 449, 44); 1483 proc. (*ibid.*, 828); 1492, Sept. 20 receptor (*ibid.*, 803, 13); secundum BULAEUM V, 924, rector 1494, Oct. 10, sed recte Johannes Gaisser rector eo tempore erat (*Arch. Sorb. 91*, fol. 2 recto).

Simon Doleatoris typographus, sed non ex professo, erat; aliquibus libris ab eo sine dato impressis (HAEBLER, *Die deutschen Buchdrucker*, 183-184; 188; PELLECHET, *Cat. gén. des Incunables*, III, n° 4142, p. 111).

4. In *Libro proc.* « d. Colonien. » (*Auct.* III, 381, 19; 415, 22, 43)

5. Johannes Aque de Campis [*Kampen*] (*ibid.*, 415, 30).

6. Johannes « Morinck de Boemel [*Bommel*], ex Gelrie ducatu » (*ibid.*, 456, 39-41), 1479 lic. Art. (*ibid.*, 415, 32); 1480 mag. (*ibid.*, 449, 46); eodem anno proc. (*ibid.*, 828).

7. Johannes Zyl de Lira, 1479 lic. et mag. Art. (*ibid.*, 415, 20, 41); eodem anno proc., ubi se vocat « Johannes Zyl,... nati in Wick de Duersteden » [*Wijk-bij-Duurstede*] (*ibid.*, 426, 1-3), « supra Renum » (*ibid.*, 428, 7-8).

8. 1478, Feb. 9 (*Auct.* III, 380, 23).

9. Burcardus Weczel, 1478, Feb; nihil de electione scriptum est in *Libro proc.* (*Auct.* III, 382, n. 5).

Item pro priore et pitanciario Sancte Genovefe, j lib. xvij sol. par. sex. den.

Item pro continuatione [1] magistri Burcardi in procuratorem, iiij sol. par.

Item in processionibus rectoris magistri Johannis Cordier, septem sol. 4^{or} den. par.

Item in festo Annunciacionis Beate Marie, primo pro servientibus in divinis in missa et in vesperis, septem sol. par. 4^{or} den.

Item pro curato, ij sol. par.

Item pro offertorio, xvij den. par.
